Sublustris nox e[st] habens aliquid luminis lucis Virg. v° en. et galea
euryali sublustris noctis in umbra prodidit [illegible] subtulerat
Substulit pro educauit Virg. v° en. [illegible] regi que serua [illegible]
Supplex supplicabundo Virg. xi° amphilochique urbes [illegible] supsunt
Suffusi equi dicuntur quos uulgo respiratores uocant Virg. xi° en.
quorum alt[er] habenas suffuso reuolutus equo dum colligit
Superbus nobilis Virg. i° en. hinc populum late regem belloque superbum
Sup[er] pro de Virg. i° en. his accensa super / + multa super Priamo
Suauium uoluptatis e[st] ut Terentius o Thais mea suauium / [illegible]
Suspicio miror Virg. i° en. et suspicit urbes. sicut equo despicit [illegible]
Subducere in terram ducere Virg. i° en. qualiter [illegible] sub
Summissus felicitas Virg. ii° en. at hic summissi ducere classem

Cinnamus plebs qui sunt [illegible]

Supra [illegible] a q° [illegible]

[illegible] ornamenta [illegible]

Tarpeia rupes fuit ... magna ... que tarpeia virgine ... sepulta ... facta ... patrum ... fama ... tempore ...

Tanta ... fuit ... plures ...

exultans ans q̄ corebus
Supo sup imo Virg. ii° en. super summo ne cessa alamq; puer
Subtegmē filū quod int̄ stamē currit qd̄ plus trama dicit
Terentius anus subtegmē nebat
Sup valde expressiq; ac vehement. Virg. iii° en. o mihi sola mei
sup astianatis imago quo sermone homerus vtitur vnt̄ significa°e

Tectus afflatus et leuit' fulminatus ut credo tur
tus ē ille qui hāc urbē condidit romulo et Vir
g' de celo tactas memini predicē quercus
Taxus venenata ē arbor que abundat in corsica Virg. sic tua
cirneas fugiant examina taxos Tetrus turba ē i stultus
Tardus stultus Virg. tardi venere subulci porci no abular et te
Tabulata st̄ rami effusiores p̄ quos vites usq; ad sūmū ascendit
et in plana tendentes nō in altiora crescentes Virg. ii° georg.
sūmas q; sequi tabulata per ulmos
Tabularia st̄ in quibus actus publica contin̄ent Virg. ii° geor
ner ferrea iura infanumq; forū aut ppli tabularia vidit
Taprinolis ē res magne humilis expositio ut Virg. apparet rari
nātes in gurgite vasto ex̄ gen̄e lr̄e humil
Talentū scd̄m varias gentes variū pondus ē sz apud romanos
talentū ē lxx librar sicut plautus ostendit in mustellaria qui
Termetas ligna vermes 4 aut duo talenta ce . vel libras
Termetas ligna vermes appellantur
Terra de elementis i ipm̄ terre orbē sigt quom at pluralit
dicimus terras aliquas significamus tradiderim
Tenor ductus continuatio Virg. ii° geor aliū me humilis tenore
Tempe pprie loca thessalie st̄ amoena i
Lucanus ia super herculeas fauces nemorosaq; tempe abusi
ue aut significa loca amoenitatis Virg. ii° geor. speluncē viuiq;

Lani ac frigida tempe
Tereo possideo Virg. iiiº geor. In medio mihi Cesar erit templumque tenebit.
Terror est angor mentis et cum non corporis valitudo fit ultro mortis
Tesiphone dicta est quasi mortis ultio quod dicitur grece
Teres est rotundum aliquid cum proceritate Virg. viº en. et tereo foe-
ni teretes mandare truncos et horatius brachia et vultus teretesque suras
Tenuia Tenia extremitas vitte Virg. viiº en. fit longe tenia vitte
est autem greca et diphtongo scribitur
Tessara simbolum bellicum quod ad pugnam exeuntibus datur s. propter confu-
sionem ut in bello marii vardens In sille apollo delficus in Resar-
nemus geminis Virg. viiº en. it bello tessara signum ...mus est
Tetrici homines i. tristes appellantur a monte tetrico sabinorum qui asper
Teneo i. defendo et est militare verbum Virg. viii en. in summo cus-
tos tarpeie manlius arcis stabat pro templo capitolia celsa tenebat
Temere i. sine causa Virg. viiiº en. haud temere ... et Teren.
haud temere est. interdum autem fortuito significat. alias male aut
Testudo est scutorum connexio curvata in testudinis morem improbe inde
nam in armorum generibus milicie plurimum sumitur ab animalibus
nomina ut aries Virg. ixº en. de testudine sic ait cum in omnes
ferre iuvat subter densa testudine casus. et paulo post ostendit armorum connexionem ex testudine dicens que scilicet ru-
tilos lere armorum quod resolunt tegmina nec curat caeco conten-
dere marte. Lucanus de testudine. at postquam muris mensa in-
corporatam rupit defesso milite cratem singula continuis
Telum quicquid iacitur sive gladius sive ferrum refert cicubus arma
dis sicut et grecum dicitur etiam
Virg. ix en. ac tu hoc telum meum quod mi dextra insat effigies
et paulo post sic ait et sublatum alte consurgit in ensem
Tergo pro spolio Virg. xº en. cum tergit macona halesus arcadio
infelix telo dat pectus inerme

Terror a metu differt ille enim infertur aliis, metus autem quem
habent timentes ut si dicas tirannus hic terrore i timendus est
Tellus inter et terra hoc interest quod illa deam significat . terra vero
Tergora inter et terga hoc differt quod tergora coria sig[nificant] | elementum
vero terga vero dorsa Virg[ilius] i° en[eidos] tergora diripiunt costis et nu[da]
Testudo camera templi obliqua quia ideo | imbrex post terga remittis
sic fit ut simulachri imago celi imaginem reddat quod constat ex
connexu Virg[ilius] i° en[eidos] tunc foribus dive media testudine templi
Tenedos insula in ore elespon quam tenes adoribus vario tenuit
qui infamatus est quod cum noverca concubuisset a quo et insula
denominata est Unde et virg[ilius] tenedos notissima fama insula et
arcto tenere ipsum cum ex nomine tenedos nominatur
Tendo tentoria habeo Virg[ilius] ii° en[eidos] . hic sevus tendebat achilles
Testor iuro Virg[ilius] ii° en[eidos] vos eterni ignes et non violabile vestrum
Testor testificor Virg[ilius] ii° en[eidos] testor in occasu vestro | testor numine ayt
Tempestas tam de sereno quam de nubilo dicitur Virg[ilius] papires arva
vel tempestate colube et unde hec tam clara tempestas
Teneo impleo Virg[ilius] iii° en[eidos] Iuvat evasisse tot urbes argolicas me
dioque fugam tenuisse per hostes . et in teneat cursus i impleant
Tempestates et ventis et aura et tempus Virg[ilius] iii° en[eidos] dii ma
ris et terre tempestatum que potentes
Testor pro obtestor i queso Virg[ilius] iii° en[eidos] per sidera testor per superos
Terebrum instrumentum fabrile carpentarii sed quo perforat ligna
Tero per negligentiam tempora consumo Virg[ilius] iiii° en[eidos] aut qua spe libi
cis teris oris terris | silvestris ibi tremmo finibus tuto
Thyasus saltatio et corea Virg[ilius] daphnis thyasos inducere bachi
Thile insula est oceani inter septentrionalem et occidentalem pla
gam ultra britanniam inter hiberniam et orchadas Virg[ilius] i° georg[icorum]
Thus antiquitus cum aspiratione scribebatur | tibi serviat ultima thile
bat
i deos quos eo placamus quod et displicant

Theutates dicitur mercurius quia atheos [illegible] mercurius
et ad mercurium cum sacrificabant homines sanguine
[illegible] theutanum et [illegible]

Tirones dicuntur novi ad militiam electi
[illegible] fortes milites dicuntur

unde et sabei apud quos nascitur i colore
dicti Nos autem sine aspiratione dicimus a tondendo terra enim a
glebis tundimus et quibus fluenta ex arboribus coalescunt
Thorus pulpa Virg iii° geor luxuriatque thoris animosum pectus
Thesaurus repositio i Virg iiii° geor servataque mella
Thesa... quo deorum simulachra posita thesauris condimus
... scribitur autem cum aspiratione dicitur enim i adeo
Thorus pro sede a tortis herbis dictus Virg ii° en inde thoro
pater eneas sic orsus ab alto. et proximus ut viridante thoro consedit
Thesmophora i sancta ceres vocatur ipsa enim
leges dicitur invenisse hec autem fingitur quia ante inventum frumentum a
cerere passim homines sine lege vagabantur que feritas interrupta
est invento usu frumenti postquam ex agrorum divisione nata sunt iura
unde rei non ignarus Virg iiii° en legifere cereri dixit
Thias bacca i bachi sacerdos
Tityrus ab ariete dicitur nam liconum lingua aries maior dicitur
Timidus est qui semper timet. timens vero qui ad tempus formidat
Tribula genus vehiculi unde frumenta teruntur ex cuiusla
Timbra herbe genus est abundans in phrigia quam cunelam vocamus
Virg iiii° geor et graviter spirantis copia tymbre
Tyaras et tyara utrumque enim legitur et est pileus phrigius Virg
sceptrumque sacerque tyaras et iuvenalis phrigia vestitur bucca tyara
Tingo demergo Virg i° en quod tantum occeano properent se tingere
Tymbra herba est qua et ager quedam troye vi... soles hyberni
... abundat in quo et templum et nemus apollinis dicatum est Vii
et tymbreus apollo sicut et delius et cynthius denominatus est
Virg iii° en da propriam tymbree domum et hic domus enee
cunctis dominabitur oris
Tyrannus apud antiquos pro rege Virg vii° en te propter libyce gentes
nomadumque tyranni odere et pars mihi pacis erit dextram
tetigisse tyranni

Toga erat vestis uxoris vestis honesta

Tonsus minutus Virg. iii° georg. ipse caput tonse foliis indutus olive et i° en tonsis qz fecit mantilia villis

Tornus terribilis Virg. iii° geor. optie torue forma bouis

Tonse remi dicti a tondendis fluctibus Virg. vii° en et i lenta lin

Tolus 1 [illegible] grecu et ppue e ue tunc marmore tonse

lun scuti breue qd in medio tecto e in quo trabes coeunt ad quod dona consueuerunt suspendi Virg. tu dea tu presens nro succurre labori Astror decus et nemor latonia custos si qua tuis nq pro me pr hyrtacus aras dona tulit si qua ipse meis uenatibus auxi. sus pendi ue tolo aut sacra ad uestigia fixi / porq etamia tollo

Tollo fumo remoueo Virg. tollite cuncta inquit et auer nos incolumi

Torqueo sustineo Virg. iiii° en axem humero torquet stellis ardentibz

Traha genus uehiculi a trahendo dicti qd no ht rotas / aptum

Tristis amarus austerus Virg. iii° geor. media fert tristis sucos

Tractus plaga regio Virg. iii° geor. indi / et tristes qz lupini no e tractu surgens

Trapetu mola oliuaria Virg. ii° geor. terit synoma bacca trapetis

Trepidans alacritate ductus Virg. iiii° geor. cotinuoq animos vulgi et trepidancia bello corda licet longe presciscere

Tractz iugiter sine intermissione Virg. iiii° geor. tractiq susurrat

Transenna extensus funis dicit Salustius machinato strepitu transe

Tribunus qui uni perat parti / iia corona in capite ponebant pt iia in tres ptes diuisus erat pplus romanus

Trabea toga e augurum de cocco et purpura Virg. vii° en ipse q rinali lituo pua q sedebat succinctus trabea

Transcribo trado Virg. vii° en. et tua dardanis transcribi sceptra co lonis hic sermo tractus e de penna iia scribi e dari Hora tius scribe decem amerio no e satis adde ducentos Rescribi uero reddi dr Horatius dictantes que tu nuqz rescribere possis. teren argentu illud e iermo rescribi iube formio

Triumphus e plena victoria
Trophea qui [illegible]
[illegible]

Trophēū dictū ē i ab hostiū conuersione unde
qui hostē fugasset merebatur trophēū · qui aūt cecidisset triūphū
i ab exultando quāq̄ alii ab inuētore bacho illud
nomē asserant fīn que uocant
Trinacria i sicilia que latine triquetra dr̄ q̄ᵉ
i tria promotoria habeat pachynū lilibeū et peloz
Tritones st hoīes aratores
Traho ꝑ festinacione adduco Virg̃ iiº en̄ pastores magno ad regē cla
more trahebant · et comitētis trahit ī medios
Trepidus festinus Virg̃ iiiº en̄ hiemi dū trepidi crudelia limina lin
Trepido festino Virg̃ iiiº en̄ dū trepidat alequīt inmemores sotii
Transmitto eleuāt transeo Virg̃ iiiº en̄ · alia de pte parētis ītismit
Timauus flumen est Venetie (nīt arua campos
Turpis magnus Virg̃ iiiº geor cui turpe caput · et turpes palat
Tum i deinde et ē aduerbiū ordinis (sub gurgite phocas
Iunctū autem temporis est
Tū demū nouissime Virg̃ xiiº en̄ tū demū mouet arma leo
Tua causa feci et tui causa feci hanc diffīcionē hīnt · ut tui cā
tūc dicamus si aliquid ipi ad quē loquim̃ prestiteram̃ ut puta tui
cā te defendi Virg̃ xiiº en̄ meus amore tui cognato sanguine
motus Coniugis et moeste lacrimis uincla oīa rupi Tua uō cā
quom alteri aliquid alti contēplacione prestamus ut tua cā mancipui
Turbo uentor uolubilitas uel uetor Virg̃ iº (tuū defendi
en̄ turbine corripuit · et terras turbine pflant
Tumultus quasi timor multus unde italica bella dcā s̃t italia tumultꝰ
Tumulꝰ tēa tumens Virg̃ iiº en̄ et urbe egressis tumulus
Tumulꝰ ꝑ sepulchro Virg̃ iiiº en̄ o felix una an alias priamea uir
go hostilē ad tumulū troie sub moenibꝰ altis iussa mori
Tū pterea Virg̃ iiiº en̄ tū noꝰ tum mit̃ odorem

vaginst q genibus
[illegible] ambulat

Annus urbem circa ala qui et vallus dicitur ad purgan
da frumenta Virg. i° geor. et mistica vannus iacchi est autem
vas immineri latum in quo frumenta capacitate rustica congerere
primitias frugum solent. est autem usus eius ut fabam vadat si vanat
Vallus sudes Virg. ii° geor. et acuto robore vallos
Varius magnus Virg. iii° geor. saltibus varius saltant
Vaccinius flos est nigri coloris l viole qui grece iacintus dicitur Vir
g. in buc. vaccinia nigra leguntur et iiii° geor. et ferrugineos iacinctos
Vallum dicitur ipsa munitio valli vero dicuntur fustes quibus vallum munitur
Valve sunt ut dicit varro que revolvuntur et se velant
Vanus est qui sine utilitate mentitur Mendax qui ad decipiendum
Uber fecunditas Virg. i° en. terra antiqua potens armis atque ubere glebe
Udus humidus Virg. iii° geor. nigra subest udo tantum cui lingua palato
Vexo a veho vecto vexo ut sit vexare portare et sine dubio
pro arbitrio evertere Virg. dulichias vexasse rates
Ver nomen anni tempus primo cum mense veris dicitur ver novum 2° adultum
3° preceps et idem de estate autumpno et hyeme
Vervo vervacto Virg. i° geor. hic segetes illic veniunt felicius uve
et en. v° et pulchris veniens in corpore virtus
Veternum est morbus internus qui homines efficit pigros unde et
pigritia capitur Virg. i° geor. nec torpere gravi passus sua regna
Venenum virus et dicitur ad bonum et malum quemadmodum veterno
grecum medium l bonum et malum Virg. i° geor. ille
malum virus serpentibus addidit atris
Vertex per aquilone Virg. ii° geor. plerumque si tempestas a vertice silvis
Venenum pro colore Virg. ii° geor. alba neque assirio fucatur lana veneno
Vellera lane a vellendo dicta verbenas que puros vestem que papaver
Vesius significat minutum eodem multum et quo vescimur Virg. iii° geor.
Versus ordo Virg. iiii° geor. ille etiam seras inversum distulit
ulmos et in eum tibia pubes que dardana versu

veteran qui i emeriti ... et si
veteranos geles ... i ... sibi agedis

Versare considerare Virg. x° en. hec ait et sese versat qs ... versus tiburnes dum quibus datur aliqd ad solaz (pe contra ... sustentacionem ut nunc dexter ille sinistra

Ueba civitas lucanie dicta a paludibus quibus cingitur quas dicunt sunt g° heba s accipit diligamon ut henetus veneta hespa

Vestis barba Virg. vi° en. aurea cesaries ollis atque aurea vestis (vespa) ... Unde cont. vinestes inbarbes dicimus Unde est tunc mihi prima genas vestibat flore iuventus

Verbena proprie herba sacra sumpta de loco sacro capitolii qua coronabantur feciales et patres patratus federa facturi vel bellum indicturi. Abusive tamen verbenas vocamus omnes frondes sacratas ut est lauri oliva iuventus. teren. ex ara hinc verbenas sume. ita metu fuisse testatur menand. de quo terencius transtulit

Verro traho a verri qd verriculum dicitur Virg. i° en. verruntque per auras et alibi versa pulvis inscribitur hasta vel tracta

Vesta ignis et religio quia nullum sacrificium sine igne est Unde ipsa et ianus omnibus sacrificiis invocatur vesta autem

ut digamos sit addita ut ... ver enetus vel quia variis sit vestita rebus ipsa enim dicitur esse terra quam igne tenere non dubium est

Venia pro pace Virg. i° en. orantes veniam (ut ex ethna vulcanoque datur intelligi) lectis nambus ibant orantes veniam et proprie verbum pontificale est Unde est in 4° en. in modo posce deos veniam. et paulo post paretque per aras exquirunt dicta autem venia ad eliciendam iram. meretur enim benivolenciam numinum qui licet mortem sit veniam tamen tanquam penitentiam petit. unde est confessio illa terre. qd meritus sum rimire

Venia beneficium Virg. xi° en. vertus ad oracula ortige phoebusque remenso hortatur pater ire mari veniamque precari

Velare coronare Virg. ii° en. nos delubra deum miseri quibus ultimus esset ille dies festa velamus fronde per urbem. et in tori velati auro invectos et qui velat et qui velatur. Lucanus. (tunc inveniam

Viminalis collis in urbe roma

vectoris patiens tumidum superabat amne et venia e hec sola
tionis vectore non ee tum i me que vehis
Viburnum virgultum brevissimum
Virgo ab etate viridiore dicta est vir et mires sepe virgines appel
lantur Virg. de pasiphe ah virgo infelix que te dementia cepit
Virosus venenatus aut fortis a virtus non pinum a virus dictum sit
Virg. 1o geor. virosaque pontus castorea | feras et fallere visco
Viscum lima visci ad aucupium pertinet Virg. 1o geor. tum laqueis captare
Vilis plurimis habundans omne enim quod plurium abundat vile est
Virg. iio georg. si vero viciam que seres vileque faselum
Via rario Virg. iio geor. sunt alii quos ipse via sibi reperit usus
Viminis nalis Virg. iio geor. et vimina sua platanum fert et 1o en.
Vinitor rusticus vinearum cultor Virg. | vimine que sicilia saxo
iio geor. iam canit extremos effetus vinitor antes
Victor propositi effector Virg. iiio geor. temptanda via est qua me quoque possim
tollere humo victorque virum volitare per ora
Vipera serpens est que impariat namque corrosis lateribus exeunt pulli cum matris
interitu lava fontem
Violaria loca ubi nascuntur viole Virg. iiiio georg. irriguumque bibant vio-
Virago dicitur mulier que viri implet officium Virg. xiio en. hoc concussa
Vix mox et statim Virg. 1o en. vix e conspectu | vieter interna virago
sperchi simile telluris in altum
Viscera non tantum intestina sed quicquid sub corio est dicimus Virg. 1o en.
et viscera nudant et in albano visceratio dabitur i caro
Victus pro cibo Virg. 1o en. tum victu revocant vires fude et quincto
Vis virtus Virg. iio en. auxilio que levare viros vimque addere victis
et salustius sed nostra omnis vis in animo et corpore est
Visus enim de hiis loquimur quibus videmus visa dicimus ut imbecilla ob
stat visibus meis et est generis masculini quarte aut neutris visa ea
que videntur significamus ut diu visa secundet illud sed vitiisque et
| invitum

Vis multitudo Virg. iiii° en. massili q ruunt equites et odora canum
vis et salustius qua tempestate ex porto vis piscium erupit erupit
Vligo est proprie naturalis terre humor ex ea nunquam recedens
Vliginosus ager sic humidus vel humidus dicitur quod aquam sentit
Vlna cubitus grece autem dicitur ulna et apud homerum
Juno appellatur quod sit candidis ulnis Virg. iii° geor. septemque
Vlua herba palustris Virg. vi° en. glauca que assurgit in ulvas
Vltro sponte Virg. ii° en. ultro flens ipse exponit in ulua
videbar appellare virum sponte nam iam rogauerat
Vltro insuper ab eo quod est ultra Virg. ii° en. et miserescimus ultro non etiam
Vngue dicitur ois sicut quo vngi fecit Virg. iii° geor. sed eius quod pices et
Vnus papinus Virg. v° en. in semor figieque unguine ceras
nautes unum tritonia pallas quem docuit implerat dicitur sed i a uola
Volema lingua gallica pira bona et grandia dicitur et ab eo quod palma
Volutabra sunt loca in quibus apri se voluunt Virg. iii° geor. sepe vo-
lutabris pulsos silvestribus apros apros latratu turbabis
Volare non solum de aue dicitur sed etiam inter volare quod tenere Virg.
predam pedibus circumvolat vna
Vri boves agrestes qui in pireneo monte nascuntur inter gallias et hispa-
nias sunt autem exceptis elephantis maiores animalibus ceteris dicti
Sine Virg. ii° geor. silvestres uri assidue
Vrbs dicta ab orbe quod antiquitus civitates in orbe fiebant vel ab urvo
parte aratri quo murum designabant dicitur urbe sono vinoque sepultam
Vrbs interdum pro ciuibus ponitur cum proprie moenia sit Virg. ii° en. tunc
Vrere et frigoris dicitur lucanus urebant montana nives et calorem Vir-
gilius de utroque dixit quoque ne rapidi ne potentia solis acrior aut boree
Vsusfructus et utilitas Virg. iii° geor. penetrabile frigus adurat
nec minor usus erit
Vsque diu Virg. vi° en. nec vidisse semel satis est iuvat usque morari
Vsus exercitium Virg. vi° en. arma acri fracta sua viro nec inviba usus

vuelri populi sunt qui sic dicuntur
q. a credebant se quamlibet
helium sepe fuisse et cunctorum
conditas pro effectu ut de fabulis

Urget impellit

Volucrum artuum et volucrum in affectum et modo ... leti ... facit ... Volucrum dicit ... in theatro forma ... volucrum ... et fingitur

Urceus est mulier Almo qua sordes deflunt ut Salustius Silans sibi aliud purgari velut qui videtur

Vindus pinguis qui propue aliqd hudus hic invisens vn et una dei e vna p vite Virg iio geor et virgines ambo pda feret una racemos

Vulgo passim ubique rateruati Virg iiio geor hic letis vituli vulgo moriuntur in herbis et iiio en. centi alii circulati que hinnit ad littora

Uxorius qui uxori seruit Virg 4o en pulchram que uxor | Vulgo ... urbem

Clarissimi viri guarini Veronensis dictionarium feliciter explicit — A. M. E. N.

Incipit alter dictionarius

A

Ablegare aliud mittere a legatis et e contra qui per legatos mittunt

Abundat ab ambibus contra est quod supra modum esse

Aberruncat i. euerte, Cicero in ... Deo et ma di valuerunt melius. atque amentia aberruncassent meam i.

Absque in usum ... ... plan.

Accensi consules et pretores qui sequuntur in castris accensi dicti quod ad negocia vel sepius acciant vnde accensio

Adulatio blandimentum proprie canum

Ador frumenti genus epulis ... farratio // vnde potius ferat

Adorare religiones speciales ... in loco ... ado

Adolere sacrificium vnde sufficiant votis vel supplicationibus numen auctum fare

Adamore obligare ab amo tractum est

Additum quod denotum vel ... / posit

Adolescentiari i. lasciuiari varro ubi adolescentur lasciuiunt

Adminiculare i. adornare varro

Aduersum contra aliquem versus ... pla. Ci Ter

Aerifodina quod ... aere fiat

Aerumna cum vmatitas

Auellani sunt ...

Auernus quod odor eius sit auibus infestus

Ausra ... vocatur ... ab auriendo grece ...

Archaism ... ab his qui in arctica sunt tractum

Arquatus morbus qui ... vnde arquatinus


Aplundas frumenti furfures

Arrea plaustrum vestrum tectum undique quasi archa
Assas nutrices difficiles putant, ab assistendo
Assecle ab eo quod assint et presto sint domorum iussis
Astipulari .i. assentire unde astipulator
Aquilecus aquam colligens
Ancillum posuit Cicero in finibus bonorum et malorum / tale atque opinio
Altile non solum pingue ab alendo, sed opulentum, plautus in dotali,
Assulatim minutatim plautus de dolabo · Assulatim vestra
Atriadies dicuntur qui sunt nephasti vel posteri
Antiquari abolesceri et memoria tolli Cicero
Assa voce pura et sola quando voce non adiungitur musica aliqua varro
Anima pro spiritu plautus · anima foetida ~~appinguat~~ naves
(interlinear: antzolest)
Amenum quod ad se amandum alliciat
Alcedo avis est in nutriendo pullos assidua / sedeat et adile / cum aqua
Aqualis vas magnum et rotundum aquarum, plautus dat ista sella ubi,
Agea locus in navi ad quem hortator accedit
Ater infaustus inde quinquatres quasi atri dies quibus infe liciter pugnabat Romanus populus

Amoliminii i recedite tollite

Augustitate arcum posuit
augustado id
altitudo plautus dix
Affectare .i. afficere plautus

Artocrea tibi
Archymus .i. librarius
Artes articulorum morbi
Artocopus pistor
Arcepta var
Annotinus cuius anni



124

60

Shet te perricat sálamio [illegible]

2

Incipiunt Epistole Ciceronis excerpte de volumine maiori eiusdem feliciter
Cicero salutem plurimam dicit Curioni

Nondum erat auditum te Italiam adventa
re. cum Servilium Milonis mei familiarem
cum his ad te litteris misi. Sed tamen cum
appropinquare tuus adventus putaretur
& te iam ex Assia Romam versus profec
tum esse. constaret. magnitudo rei fecit. ut
non vereremur. ne ni ~~misito~~ mitteremus.
cum has quamprimum ad te perferrem litteras. magnopere vellem.
Ego si mea in te essent officia solum Curio tanta. quanta magis
a te ipso predicari. quam a me ponderari solent. verecundius a te
si qua magna res. michi petenda esset. contenderem. Grave
est enim homini pudenti. petere aliquid magnum. ab eo de
quo se benemeritum putet. ne id quod petat exigere magis
quam rogare. & in mercedis potius quam beneficii loco numerare
videatur. Sed quia tua in me vel nota omnibus vel ipsa novi
tate meorum temporum. clarissima. & maxima beneficia exti
terunt. estque animi ingenui cui multum debeas. eidem plu
rimum velle debere. non dubitavi id a te per litteras petere
quod michi omnium esset maximum. maximeque necessarium.
Neque enim sum veritus. ne sustinere tua in me vel innumera
bilia non possem. cum presertim confiderem nullam esse gratiam
tantam quantam vel non capere animus meus. in accipiendo vel
in remunerando cumulandoque illustrare posset. Ego omnia
mea studia. omnem operam. curam. industriam. cogitationem
mentem denique omnem in Milonis consulatu fixi & locavi
statuique in eo me non officii solum fructum. sed etiam pieta
tis laudem debere. querere. neque vero cuiquam salutem ac for
tunas suas tante cure fuisse umquam puto. quam michi sit ho
nos eius. in quo uno omnia mea posita esse decrevi. Huic te
unum tanto adiumento esse. si volueris posse intelligo. ut nichil
sit preterea nobis requirendum. habemus hec omnia bono
rum studium conciliatum. ex tribunatu propter nostram. ut spero
te intelligere causam. vulgi ac multitudinis propter magnificen
tiam munerum liberalitatemque nature. iuventutis & gra
tiosorum in studia suffragationis studia propter ipsius excellentem ac
etenere. vel gratiam vel diligentiam nostram suffragationem si minus
potentem at probatam tamen & iustam. & debitam & propterea
fortasse etiam generosam dux nobis & auctor opus est.

Lib. II. 6.
A. U. C. 700.

et eorum uentorum quos proposui moderator quidam et quasi
gubernator: qui si ex omnibus unus excipiendus esset: quem
tecum conferre possemus: non habemus. Quare si me
memorem: si gratum: si bonum virum: vel ex hoc ipso quod
tam vehementer de Milone laborem existimare potes:
si dignum denique tuis beneficiis iudicas: hoc a te peto: ut sub
venias huic meae sollicitudini: ut huic laudi: vel ut verius
dicam: prope saluti tuum studium dicas. De ipso annio
tantum tibi polliceor: te maioris animi: gravitatis: constantie:
benivolentieque erga te: si complecti hominem volueris: habi
turum esse nemine. mihi vero tantum decoris: tantum dignitatis
adiunxeris: ut eundem facile agnoscam fuisse in laude mea
quam fueris in salute. Ego ni te videre scirem: cum ad te hec
scriberem: quantum officii sustinerem: quanto opere mihi esset
in hac petitione milonis: omni non modo contentione sed etiam
dimicatione elaborandum: plura scriberem: nunc tibi omnem
rem atque causam meque totum commendo atque trado. unum
hoc sic habeto: si a te hanc rem impetraro: me pene plus
tibi quam ipsi miloni debiturum: non enim: mihi tam mea
salus cara fuit: in qua precipue sum ab illo adiutus
quam pietas erit in referenda gratia iocunda. eam autem unius
tui studio me assequi posse confido Val.

ii. 7.

Ad Curionem

Sera gratulatio reprehendi non solet: presertim
si nulla neglegencia pretermissa est: longe enim
absum. Audio sero: sed tibi et gratulor: et ut sem
piterne laudi tibi sit iste tribunatus: exopto: teque hortor:
ut omnia gubernes: ut moderere prudentia tua: ne te au
ferant aliorum consilia: nemo est: qui tibi sapientius suadere
possit te ipso: numquam labere: si te audies. non scribo hec temere
Cui scribam video: Novi animum: novi consilium tuum: non
vereor: ne quid timide: ne quid stulte facias: si ea defendes
que ipse recta esse senties: et in id rei publice tempus non inci
deris: sed veneris. Iuditio enim tuo non casu in ipsum discrimen
rerum contulisti: tribunatum tuum: Profecto vides quanta vis
in re publica temporum sit: quanta varietas rerum: quam incerti exitus:
quam flexibiles sint hominum voluntates: quid insidiarum: quid
varietatis in vita. non dubito: quin cogites. sed amabo te
cura et cogitatione: nil novi: sed illud idem quod initio
scripsi: tecum loquere: Et te adhibe in consilium: te audi
tibi obtempera. Alter qui melius dare consilium possit: quam tu

non facile inueniri pot. tibi uero ipsi certe nemo melius
dabit. Dii immortales cur ego non adsum? uel spectator lau-
dum tuarum uel particeps. uel socius. uel minister consilior
iam et si hoc minime tibi deest? sed tamen efficeret magnitu
do et uis amoris mei? consilio te ut possem iuuare? Scri-
bam ad te plura alias. paucis enim diebus eram missurus do
mesticos tabellarios: ut quoniam sane feliciter ex mea sententia rem p.
gessimus. unis litteris totius estatis res gestas ad senatum per
scriberem. De sacerdotio tuo. quantam curam adhibuerim? quamquam
difficili in re atque causa cognosces ex his litteris. quas Trasoni liberto
tuo dedi. te mi Cicero pro tua incredibili in me beniuo
lentia meaque in te singulari rogo atque oro ne patiare mihi
quicquam ad hanc prouincialem molestiam temporis prorogari
prius tecum egi cum te tribunum plebis cum Publio Lentulo.
isto modo fore non putarem? Itaque petiui sepe per litteras. Sed
tum quasi a senatore nobilissimo: tum ab adolescente et gratis
simo: nunc a tyranno plebis. et a Curione tribuno: non ut
decernatur aliquid noui. quod solum esset difficilius. sed ut
noui decernat et senatus consultum et leges defendas.
Eaque mihi conditio? maneat. qua profectus sum. Hoc te ne
uehementer etiam atque etiam rogo Vale

Cicero. Seruio Sulpitio s. p. d. L. IV. 3

Legi tuas litteras. quibus ad me scribis gratum tibi esse
uehementer te esse sollicitum et in communibus miseriis
precipue quodam dolore angi? multi ad nos cotidie de
ferunt. quod quamquam minime miror et meum quodam modo
agnosco. Doleo tamen te sapientia preditum prope singulari? non
tuis bonis delectari potius quam alienis malis laborare. me quidem
et si nemini concedo: qui maiorem ex pernicie et peste rei p.
molestiam traxerit. tamen multa iam consolantur? maximeque con
scientia consiliorum meorum Multo enim ante tamquam ex aliqua
specula prospexi tempestatem futuram? neque id solum mea sponte
te? sed multo etiam magis monente? et enuncian te te Et si enim
absui magnam partem consulatus tui. tamen et absens cogno
scebam? que esset tua in hoc pestifero bello cauendo et predi
cendo sententia: et ipse adfui primis temporibus tui consulatus
cum accuratissime monuisti senatum. collectis omnibus bellis
ciuilibus. ut et illa timerent. que meminissent et scirent.
cum superiores. nullo tali exemplo antea in re p. cognito.
tam crudeles fuissent. quicquid postea re p. oppressisset armis
multo intollerabiliorem futurum? nam quod exemplo fit id

id etiam iure fieri putant, sed aliud atque adeo multa ad
dunt et afferunt de suo. quare meminisse debes eos qui
auctoritatem et consilium tuum non sunt secuti, sua stultitia occi
disse cum tua prudencia salui esse potuissent. dices quid me
ista res consolatur in tantis tenebris. et quasi parietinis rei p. est
omnino uix consolabilis dolor tanta est omnium rerum amissio.
et desperatio recuperandi. sed tamen et Cesar ipse ita de te
iudicat, et omnes ciues sic existimant. quasi lumen aliquod ex
tinctis ceteris elucere. sanctitatem et prudenciam et dignitatem
tuam hec tibi ad leuandas molestias magna esse debent. Quod autem
a tuis abes id leuius ferendum est. quod eodem tempore a multis
et magnis molestiis abes. quas ad te omnes perscriberem nisi
uererer ne ea cognosceres absens. que quia non uides mihi
uideris meliore esse condicione. quam nos qui uidemus. Hactenus
existimo nostram consolationem. recte adhibitam esse. quoad certior
ab homine amicissimo fieres. his de rebus quibus leuari possent
molestie tue. Reliqua sunt a te ipso neque mihi ignota nec
minima solatia. et ut quidem ego sentio multo maxima que
ego experiens quottidie sic probo. ut ea mihi salutem affer
re uideantur. Te autem ab initio etatis memoria teneo summe
omnium studiosum doctrinarum fuisse. Omnia queque a sapientis
simo ab ad bene uiuendum tradita essent. summo studio cu
raque didicisse. Que quidem uel optimis in rebus et usui et
delectationi esse possent. His uero temporibus habemus ali
ud nihil in quo acquiescamus. nihil faciam insolenter: ne
que te tali uel scientia uel natura preditum hortabor ut ad eas
te referas artes. quibus a primis temporibus etatis studium tuum
dedisti. tantum dicam quod te spero approbaturum. me postea
quam arti cui studueram nihil esse loci neque in curia neque in
foro uiderem: omnem meam curam atque operam ad philosophiam
contulisse. Tue sciencie excellenti ac singulari non multo plus
quam nostre relictum est loci. Qua re non equidem te moneo. sed
mihi ita persuasi: te quoque in isdem uersari rebus. que
si minus prodessent. animum tamen a sollicitudine abducerent.
Seruius quidem tuus in omnibus ingenuis artibus: in primisque
in hac in qua ego me scripsi acquiescere: ita uersatur. ut ex
cellat. A me uero sic diligitur. ut tibi uni concedam. Pre
terea nemini mihi ab eo gratia refertur. in quo ille existimat
quod facile appareat. cum me colat et obseruet tibi quoque
in eo se facere gratissimum. Vale.

Cicero sal' plurima d. Sulpicio x.a L. II. 2

GRatu teste privatullum amoris sum: erga te mei pre
tuo clarissimo viro: qui tu suis laudibus. cu vero te si
hō superasset omnium fortunam: si ei contigisset ut te ante videt
qm a vita discederet: sed spero nram amicitiam no egere
testibus: tibi primonium dei fortuneque. me certe habebis.
cui & carus eque sis & periocundus ac fuisti pri. Vale.

Servius Sulpitio sal' d Ciceroni suo

Postea qm mihi renunciatu est de obitu Tulliane filie L. IV. 5
tue: sane q. pro eo teneor: ac debui graviter: moleste
q. tuli comunem eam calamitatem existimavi qui si istic ad
fuissem neq: tibi defuissem. coramq: meu dolorem tibi declas
sem & si genus hoc consolationis minimu. atq: acerbum e
propterea: qnia per quos ea fieri debent. ppinquos ac fami
liares ipi pari molestia afficiuntur: neq: sine lacrimis mult
id conari possint. ut magis ipi moleantur aliorum consola
tione indigere: q. alijs posse suum officiu prestare. tn que
in pntia in mentem mihi venerut: decrevi brevi ad te
perscribere no q ea te fugere existimem: sed q forsitam do
lore impeditus minus ea aspiciar Qd est q tanto te co
moveat tuus dolor intestinus: cogita quemadmodu adhuc
fortuna nobiscum egerit ea nobis erepta esse que hominib.
no minus q. liberi cara esse debent. patriam: honestatem
dignitatem honores oms. hoc uno incomodo addito quid
ad dolorem adiungi potuit: aut q non illis in rebus conti
tatus animus callere iam debet atq: oia minoris existi
mare: An illius vicem credo doles quocies in eam cogitatoz
nece est. & tu veneris & nos sepe incidimus. hisce tpibus
no pessime cum his esse actum quibus sine dolore licitu
est vitam cum morte comutare: Qd aut hoc fuit. q illam
hoc tempore adimendum magnopere. mutare posset. q
res que spes quod animi solaciu ut cum aliquo adolescente .
primario coniunctam etatem gereret: Licitu est tibi c
do pro tua dignitate ex hac iuventute generu dilige
cuius fidei liberos tuos. & te tuto comittere putares. an
ut ea liberos ex sese pareret quos cum florentis videt letaret
qui rem a parente tradītam pro se tenere possent honores
ordinatim petituri essent: in re p. in amicoru negocijs li
beralitate sua uti. Qd horum fuit. q non prius qm da
tum esset ademptu sit. At vero malum est liberos amittere
nisi hoc peius sit hoc sufferre & ppeti. que res mihi no.

dolor tpe minuit

mediocrem consolacom attulit. Volo tibi comemorare si forte
eadem res tibi minuere dolorem possit Ex Asia rediens cum
ab Egina megaram uersus nauigarem. cepi regiones circum
circa prospicere. post me erat Egina ante me garum post
me. dextra pyreus. sinistra Corinthus. que opida quodam
tempore florentissima fuerunt. nunc prostrata et diruta
ante oculos iacent. cepi egomet mecum sic cogitare. en.
nos homunculi indignamur. si quis nostrum interiit aut occisus
est. quorum uita breuior esse debet. cum uno in loco tot
opidorum cadauera proiecta iacent. uis ne tu te seruio
cohibere. et meminisse hominem te esse natum crede michi
cogitatione ea non mediocriter sum confirmatus. hoc idem
si tibi uidetur. fac ante oculos tibi proponas. modo uno tempore tot
uiri clarissimi interierunt. de imperio populi romani tanta dimi
nutio facta est. omnes prouincie conquassate sunt in unius
muliercule animula. si iactura facta est tantopere commoueris
que si hoc tempore non diem suum obisset. paucis post annis
tamen ei moriendum fuit. quoniam homo nata fuerat Etiam tu
ab hisce rebus animum ac cogitacionem tuam auoca. atque ea
potius reminiscere. que digna persona tua sint. illam quam
diu opus fuit uixisse. una cum re publica fuisse. te patrem suum
pretorem consulem augurem uidisse adolescentulis pri
mariis nuptam fuisse. omnibus bonis prope perfunctam esse
cum res publica occideret. uita excessisse. quid est quod aut illa cum
fortuna hoc nomine queri possit. denique noli te esse ciceronem
oblivisci et eum qui aliis consueuisti precipere et dare consi
lium neque imitare malos medicos qui in alienis morbis pro
fitentur tenere se medicine scienciam ipsi se curare non possunt Sed
potius que aliis tu te percipere soles. ea tuto tibi subycere atque
apud animum propone Nullus dolor est quem non longinquitas
temporis minuat ac molliat. hoc te expectare temporis. tibi tur
pe est ac non ei rei sapientia tua te occurrere. quod si quis etiam
inferis sensus est qui illius in te amor fuit pietasque in omnes
suos hoc certe illa te facere non uult. da hoc illi mortue da ce
teris amicis ac familiaribus qui tuo dolore merent da patrie
ut si qua in re opus sit opera et consilio tuo ut possit de
nique quoniam in hanc fortunam deuenimus. ut et huic rei
nobis seruiendum sit. noli committere. ut quisque te putet
non tam filiam quam rei publice tempora et aliorum uictoriam
lugere. plura me de hac re ad te scribere pudet. ne ui
dear prudentie tue diffidere. Quare si hoc unum proposuero

finem faciam scribendi. uideamus aliquotiens secundam pul
cherrimam te ferre fortunam, magnamque ex ea re te lau
dem adeptum. Fac aliquando intelligamus aduersam quoque te
eque ferre posse. neque id maius quam debeat tibi onus uideri,
ne ex omnibus uirtutibus hec una tibi uideatur deesse. quod
ad me attinet, cum te tranquilliore animo esse cognoro
de his rebus que hic geruntur, quemadmodum se prouincia ha
beat certiorem faciam. Vale.

Cicero salutem dicit Seruio Sulpitio — L. IV. 6

Ego uero Serui uellem, ut scribis, in meo grauissimo ca
su adfuisses. quantum enim me presentia adiuuare potuis
ses et consolando et prope eque dolendo, facile ex eo intelligo
quod litteris lectis aliquantum acquieui. nam et ea scripsisti, que le
uare luctum possent, et in me consolando non mediocrem
ipse tuum dolorem adhibuisti. Seruius tamen tuus omnibus officiis
que illo tempore tribui potuerunt, declarauit et quanti me fa
ceret ipse, et quam suum talem erga me animum tibi gratum puta
ret fore. cuius officia iocundissima scilicet mihi fuerunt
nunquam tamen gratiora. Me autem non ratio tua solum et so
cietas pene egritudinis, sed etiam auctoritas consolatur.
Turpe enim existimo me non ita ferre casum meum, ut tu ta
li sapientia preditus ferendum putas. sed opprimor interdum
et uix resisto dolori, quod ea mihi solatia deficiunt, que ceteris
quorum quidem exempla propono in simili fortuna non defuerunt.
Nam et Quintus maximus, qui filium consularem, clarum
uirum et magnis rebus gestis amisit, et Lucius paulus
qui duos septem diebus, et noster Gallus, et Marcus Cato
qui summo ingenio summa uirtute filium perdidit, his temporibus
fuerunt, ut eorum tamen ipsorum dignitas consolaretur ea quam ex
re publica consequebantur. Mihi autem amissis ornamentis hiis que
ipse commemoras, queque eram maximis uirtutibus adeptus,
unum manebat illud solatium, quod ereptum est. non amicorum
negotiis, non rei publice procuratione impediebantur cogitationes
mee. Nihil in foro agere libebat. aspicere curiam non poteram.
existimabam id quod erat, omnes me et industrie mee fruc
tus et fortune perdidisse. Sed cum cogitarem hec mihi
tecum et cum quibusdam esse communia, et cum frangerem iam
ipse me, cogeremque illa ferre tolleranter, habebam quo con
fugerem, ubi conquiescerem, cuius in sermone et in suauitate
omnes curas doloresque deponerem. nunc autem hoc tam graui uul
nere etiam illa que consenuisse uidebantur, recrudescunt

Non mutũ mea re .p. mestum domus excipiebat quę leuaret
sic nunc domo merens ad rem .p. confugere possim ut in
eius bonis acquiescam. Itaq: & domo absum & foro. q nec
cum dolorem que a re .p. capio domus iam consolari potest
nec domesticum res .p. quo magis te expecto teq: uidere q̃ pri
mum cupio. maior mihi ratio afferre nulla potest. qm̃ co
niunctio consuetudinis. sermonu q: morũ. qm̃q̃ sperabam
tuũ aduentu. sic enim audiebam appropinquare. Ego at
cum multis de causis te exopto quamprimũ uidere. tum et
ut ante commentemur inter nos. qua ratione nobis traduce
dum sit. hoc tempus. quod est totum ad unius uoluntatem
accomodandum. & prudentis & liberalis. & ut perspexisse ui
deor nec a me alieni. & tibi amicissimi. quod cũ ita sit.
magna est tamen deliberationis que ratio sit ineunda nobis
non agendi aliquid. sed illius concessu & bn̄ficio quiescendi

·Tullius. M. martello·

L. IV. 8. Neq: monere te audeo prestanti prudentia uirũ. nec co
firmare maximi animi hominem. uirũ q: fortissimum
consolari uõ nullo mõ. nam si ea que acciderint ita fers
ut audio gratulari. magis uirtuti debeo. qm̃ consolari
dolorem tuu. sin te tanta mala rei .p. frangunt. no
ita habundo ingenio. ut te consolarer. cum ipse me no
possem. Reliquũ est igitur. ut tibi in omni re me eu
prebeam. prestem q: ut ad omnia que tui uelint ita ad
sim presto ut me no solum oĩa debere tui causa. Sed
ea quoq: etiam que no possim putent. Illud tamen uel
tu me monuisse uel restiuisse puta. ut ipse beniuolentia
tacere non potuisse ut quicquid facio. tu quoq: animũ in
ducas. si sit aliqua res .p. mea te esse oportere iudicio homi
nũ te q: principe ciuitate cedentem temporibus. si tamen
nulla sit hoc tamen amplissimũ esse. et ad exulandum lo
cũ. Sed enim libertatem sequimur. q locus hoc dominã
tu uacat sin qualemcumq: locũ que est domestica sede iocu
dior. Sed mihi crede etiam. is qui omnia tenet. fauet in
genijs nobilitatem uõ & dignitates omniũ. qñtu ei res
& ipsius ca concedũ amplectitur Sed plura qm̃ statu
eram. reddeo ergo ad unum illud tuu fere tum tuis. si
mo erit tm̃. si minimus me certe in omnibus rebus sa
tis nostre coniunctionis amori facturum. Vale & c̃

L. V. 13. p 200 ed. Schutz
L. Luccio
Q. f.

Cicero L. Lucio Q. filio

Quanq̃ ipa consolatio litterarum tuarum michi gratissima est (declarat n. summam beniuolentiam coniunctam pari prudentia) tamen illum fructum ex tuis litteris uel maximum cepi: quod te perclare res humanas contempnentem: et optime contra fortunam paratum: armatumque cognoui: quam quidem sapientie tue laudem statuo esse maximam: non aliunde pendere: nec extrinsecus aut bene: aut male uiuendi suspensas habere rationes: que cogitatio cum michi non satis excidisset (et enim penitus insederat) ui tamen tempestatum et concursu calamitatum erat aliquantum labefacta: atque conuulsa: cui te opitulari ~~cui te opitulari~~ et uideo: et id fecisse etiam proximis litteris multumque profecisse sentio: itaque hoc sepius dicendum: tibique non consignificandum solum: sed etiam declarandum arbitror: nichil michi esse potuisse tuis litteris gratius. Ad consolandum autem cum illa ualent: que eleganter: copioseque collegisti: tum uel plus quam firmitudinem: grauitatemque animi tui prospexi: quam non imitari turpissimum existimo. Itaque hoc etiam fortiorem me esse puto quam teipsum preceptorem fortitudinis: quod tu michi uidere spem nonnullam habere hec aliquando futura meliora. Casus enim gladiatorum: similitudinesque: tum rationes in ea disputatione a te collecte uetabant me rei publice penitus diffidere. Itaque alterum minus mirum fortiorem te esse cum aliquid speres: Alterum mirum spe ulla teneri: Quid est enim non ita affectum: ut id non deletum extinctumque esse fateare. Circumspice omnia membra rei publice que notissima sunt tibi nullum reperies profecto: quod non fractum debilitatumue sit. que prosequerer: si haud melius illa uiderem: quam tu uides: aut aut remomorare possem sine dolore quamquam tuis monitis preceptisque omnis est abiciendus dolor. ergo et domestica feremus: ut censes: et publica paulo etiam fortius fortasse quam tu ipse qui precipis: te enim aliqua spes consolatur: ut scribis: nos etiam erimus in omnium desperatione fortes: ut tu tamen idem et hortaris: et precipis: Das enim iocundas recordationes memorie nostre: rerumque earum quas te imprimis autore congessimus: prestitimus enim patrie: non minus certe quam debuimus: plus profecto quam est ab animo cuiusquam aut consilio hominum postulatum. Ignosces michi de me ipso aliquid predicanti. Quarum enim tu rerum cogitatione nos leuare egritudine uoluisti: earum etiam commemoratione leuiamur. Itaque ut mones quantum me potero: ab omnibus molestiis et angoribus abducam: transferamque animum ad ea quibus.

secunde res ornantur aduerse adiuuantur. tecum q: eo
tm. quantum patietur utriusq: etas & ualitudo Et si ee
una minus poterimus q̃ uolemus. animi tn coniunctione isdē
q: studiis ita fruemur ut nonnumq̃ omnino una esse uideamur

Cicero Titio

Etsi unus ex omnibus minime sum ad te consolandū
L. V. 16. accomodatus. Q tn ex tuis molestiis accepi dolorē. ut
consolatone ipse egerem tamen cū longius a summi luctus acer
bitate meus abesset dolor qm tuus. statui nre necessitudinis
ee mee q: in te beniuolentie nō tacere. tanto in tuo merore
re tam diu. Sed adhibē aliquam modicam consolacōm
que leuare tuū dolorem posset. si minus sanare potuisset
Est enim consolacō peruulgata qdem illa maxime q̃ semper:
in ore. atq: in animo hēre debemus. hoīes nos ut ee memi
neremus. ea lege natos ut omnibus telis fortune pposita sit
uita nrā. neq: esse recusandū q° minus ea qua nati sumus.
condicone uiuamus. Ne ue tam grauiter eos casus fera
mus. quos nullo consilio uetare possumus. Euentis q: aliorū
memoriā repetendis nichil accidisse noui nobis cogitemus
neq: hee neq: cetere consolacones que sūt a sapientissimis uiris
usurpate. memorie q: lrīs prodite tn̄ uidentur proficere
debere. quantū status ipse nre Ciuitatis & hec perturbacō
tporū perditorū cū beatissimi sint q liberos non susceperunt mi
nus aut miseri q his temporibus amiserunt. q̃ si eosdem bona
aut deniq: aliquā re. p. perdidissent. Qz si te tuū desiderium
monet aut si eorum rerū cogitatone meres. nō facile tibi
exhauriri istum dolorēm posse uniuersum puto. Si .n. illa te
res cruciat q magis amoris est. ut eorū qui occiderunt
miserias lugeas. ut ea nō dicam que sepissime & legi. & au
diui nil esse mali in morte. & qui residea sensus imorta
litas illa potius q̃ mors ducenda sit. sin sit amissus nulla uide
ri miseria debeat. que nō sentiatur. tamē hoc nō dubitans confir
mare possum ea miseri parari. impendē rei. p. que qui reli
quit nullo mō michi deceptus esse uideatur. Qui est n.
iam nō modo pudori probitati uirtuti rectis studiis. bonis
artibus. sed omnō libertati. ac saluti loci. Non me her
cule audiui quenq hoc grauissimo & pestilentissimo anno
adolescentulum aut puerū mortuū. q michi nō a diis immor
talibus ereptus ex his miseriis. atq: ex iniquissima condicone
uite ereptus uideretur. Qua re si tibi hoc unū detrahi
potest. ne quidem his quos amasti. mali putes contigisse

permultu erit ex merrore tuo diminutu Relinquetur enim sim
illa cura doloris tui q non cu illis commutabitur . sed ad te
ipm preferetur . in qua no est iam grauitatis & sapientie
q tu a puero prestitisti . ferre inmoderatius casum incomo
doru tuoru qui sit ab eoru quos dilexis inscia malo q se
iunctus Etenim eu semper te . & priuatis in rebus & con
stantie seruiendu . nam quod allatura est ipa dignitas .
que maximos luctus uetustate tollit . id nos precipe consilio
prudentia q debemus Et enim si nulla fuit unq in liberis a
missis tam in becillo mulier animo que no aliqn lugendi
modu fecit certe nos quidem est dies allatura id consilio an
fere debemus . neq expectare temporis medicinam . q repnta
re ratone possimus . his ego litteris si qnd profecissem existi
mabam optandu quoddam me esse allequtum . sin minus
forte ualuissent officio tamen esse functu beniuolentissimi
atq amantissimi quem me tibi & fuisse semper . existimare
uelim & futuru esse confidas . Vale

· Cicero scipio s · plurima · d

NOn obliuione amicitie nre . neq intermissione consue l. V. 17.
tudinis mee . superioribus temporibus ad te nullas litteras
misi . sed priora tpa in ruinis rei p . nrisq iacuerunt
posteriora me aut a scribendo tuis iniustissimis atq acer
bissimis incomodis retardarunt . Cu uo interuallu iam
satis longum fuisset . & tuam uirtutem animiq magni
tudine diligentius essem mecu recordatus . no putaui
esse alienu institutis meis hec ad te scribere . Ego te pub
lij sitti primis temporibus illis . in qbus inuidiam absens
& crimen uocabdre defendi Et cum in tui familiari
ssimi iuditio ac periclo tuum crimen coniungetur . ut .
potui accuratissime te tuamq causam tutatus su . Et p
xime recenti aduentu meo . cu rem aliter institutam offen
dissem . ac michi placuisset . si adfuissem . tn nulla re sa
luti tue defui . cuq eo tempore inuidia Anone inimici
no solum tui . ueru etiam amicoru tuoru iniqtas totius
iudicij . multa q alia rei . p . uitia plus q causa ipa ueritasq
ualuissent . publio tuo neq opera neq consilio . neq labo
re neq gratia neq testimonio defui Quam obrem . omnibus
officijs amicitie diligenter a me sancteq seruatis . ne hoc qd
pretermittendu esse duxi . te ut hortarem rogaremq
ut hominem te & uiru esse meminisses . id est ut et idem
comunem incertumq casum . que neq uitare qmsq nrum

nec prestare ullo pacto potest! sapienter ferres! & dolori fortiter ac fortune resisteres: cogitaresq: & in nra ciuitate & in ceteris q rerum potite sunt multis fortissimis atq: optimis uiris! multis uidu tales casus accidisse. Illud ut ne uerbis scriberem! ea te re p. carere: in qua neminem prudentem hominem! res ulla delectaret! de tuo aut filio uereor ne si nihil ad te scripserim debitum eius uirtuti uidear testimonium no cepisse. Sin aut omnia que sentio perscripserim! ne refricem meis litteris desiderium ac dolorem tuum. Sed tu prudentissime facies. si illius pyetatem uirtutem industriam ubicumq: eris tuam esse! tecum esse duces! neq: n. minus nra sunt q animo complectimur: q oculis intuemur. Quo obrem & illius eximia uirtus summusq: in te amor magne tibi consolationi debet esse: & nos ceteriq: qui te no ex fortuna. sed ex uirtute tua pendimus sempq: pendem & maxime animi tue conscientie cum tibi nihil merito accidisse reputabis & illud adiunges! homines sapientes turpidine non casu & delicto suo no aliorum iniuria commoueri. Ego & memoria nre ueteris amicitie & uirtute atq: obseruantia tui filii monitus nullo loco decero: neq: ad consolandum neq: ad leuandum fortunam tuam. ut tu si quid ad me forte scripseris perficiam! ne te frustra scripsisse arbitrare. Vale.

Tito Fabio ex v

L. V. 18. Etsi egomet. qui te consolari cupio consolandus ipse sum. ppterea q nullam rem grauius iam diu tuli qm incommodum tuum! tamen te magnopere no hortor solum! sed etiam pro amore nro ex rogo atq: oro te colligas. uirum q prebeas! & qua conditione homines omnes & quibus temporibus nati sumus cogites! plus tibi tua uirtus dedit q fortuna abstulit ppterea q adeptus es q no multi homines noui a misisti q plurimi homines nobilissimi ea demq: uidetur. conditio impendere! legum iudiciorum temporum ut optime actum cum eodem uideatur esse. Qui qm leuissima pena ab hac re p. discessit. tu uo qui fortunas & liberos habes & nos ceterosq: necessitudine & beniuolentia tecum coniunctissimos cum magnam facultatem sis habiturus nobiscum & cum omnibus tuis uiuendi & cum unum sit iudicium ex tam multis quod reprehendatur ut quide una sententia! eaq: dubia potentie alicuius condemnatum existimetur. omnibus hiis de causis debes istam molestiam! q leuissime ferre. meus animus erit in te liberosq: tuos semper! que tu ee

& qui esse debet Vale.

C. Torquato: Aulo torquato ex VI prima L. VI. 1.

al(ite)r Etsi

Quamquam ea perturbatio est omnium rerum ut sue quemque
fortune maxime peniteat. nemo quin sit quin ubi
vis quam ibi ubi est esse malit. tamen mihi non dubium est
quin hoc tempore bono viro Rome esse miserum sit. nam
et si quocumque in loco quis est. idem est ei sensus et ea
dem acerbitas ex interitu rerum. et publicarum et suarum
tamen oculi augent dolorem. qui ea que ceteri audiunt intueri
cogunt. nec avertere a miseriis cogitatorem sinunt. Quare
et si multarum rerum te angi desiderio necesse. tamen illo dolore
quo audio te maxime te confici audio. quod Rome non
sis animum tuum libera. Et si enim cum magna molestia tu
os. tua quoque desideras. tamen illa quoque que requiris suum statum
tenent. nec melius si tu adesses tenerent. nec sunt ullo
in precipuo periculo. nec debes tu cum de tuis cogitas. aut
precipuam aliquam fortunam postulare aut recusare.
de te autem ipso torquate est tuum sic agitare animo. ut non
adhibeas in consilium cogitationum tuarum desperationem. aut
timorem. nec enim his qui in te adhuc iniustior quam tua
dignitas postulabat. fuit. non magna signa dedit animi
erga te mitigati. nec tamen is ipse a quo solus petitur
habet expeditam. aut exploratam rationem salutis sue. cumque
omnium bellorum exitus incerti sint ab altera victoria tibi
periculum nullum esse prospicio. quod quidem seiunctum sit ab omnium
interitu ab altera te ipsum numquam timuisse certe scio. Reliquum
est ut te id ipsum quod ego quasi consolationis loco pono.
Maxime excruciet commune rei publice periculum. cuius tanti mali
quamvis docti viri multa dicant tamen vereor ne consolatio
ulla posset vera reperiri. preter illam que tanta est. quantum
in cuiusque animo est roboris atque nervorum. si enim
bene sentire recteque facere satis est ad bene beateque vivendum
vereor ne eorum qui se optimorum consiliorum conscientia
sustentare possit miserum esse ne fas sit dicere. nec enim nos
arbitror victorie premiis ductos patriam olim etiam libe
ros etiam fortunas reliquisse. Sed quoddam nobis officium
iustum et pium et debitum rei publice nostreque dignitati videbamur
sed qui nec cum id faciebamus tam eramus amentes
ut explorata esset nobis esset victoria. Quare si id evenit
quod ingredientibus nobis in causam propositum fuit accidere
posse. non debemus ita cadere animis quasi aliquid evenit

quod fieri posse numquam putavimus. Simus igitur ea mente quam
ratio et auctoritas et veritas prescribit. ut nihil in vita pravan
dum preter culpam putemus: eaque cum careamus omnia
humana placate et moderate feramus. Atque hec eo pertinet
oratio ut perditis omnibus rebus tamen ipsa virtus se susten
tare posse videatur. Sed si est spes aliqua communibus rebus
ea tu quicumque status est futurus carere non debes. Atque
hec mihi scribenti veniebat in mentem me eum esse cui
tu desperationem solitus esses accusare: quemque auctoritate tua
cunctantem et diffidentem excitare. Quo quidem tempore
non ego causam nostram: sed consilium probabam. Sero enim
nos his armis adversari videbam. que multo ante confirmata
per nosmetipsos erant. dolebamque pilis et gladiis. non
consiliis neque auctoritatibus nostris. de iure publico disceptari. ne
que ego ea que facta sunt fore cum dicebam divinabam
futura. Sed quod et fieri posse et exitiosum fore si eve
nisset videbam id ne accideret timebam. Presertim cum si mihi
alterutrum de eventu atque exitu rerum promittendum esset
id futurum quod evenit: exploratius possem promittere. Iis enim
rebus prestabamus que non prodeunt in aciem. usu autem
armorum et militum robore inferiores eramus. Sed tu il
lum animum nunc adhibe queso: quo me tum esse oportere
censebas. Hec eo scripsi quoniam Philargirus tuus omnia de te
requirenti fidelissimo animo. ut mihi quidem visus est narravit
te interdum sollicitum solere esse vehementius quam facere
non debes. nec dubitare quin aut aliqua republica sis futurus
qui esse debes aut perdita non afflictiore conditione quam ceteri.
Hoc vero tempus quo exanimati omnes et suspensi sumus hoc mo
deratiore animo ferre debes quod in ea urbe es ubi nata et al
ta est ratio ac moderatio vite. Et habes Servium Sulpicium
quem semper unice dilexisti: qui te profecto et benivolentia
et sapientia consolatur. Cuius et si essemus et auctoritatem
et consilium secuti: togati potius potentiam quam armati vic
toriam subiissemus. Sed hec longiora fortasse fuerunt quam
necesse fuit. illa que maioris sunt brevius exponam. Ego habeo
cui plus quam tibi debeam neminem. quibus tantum debebam
quantum tu intelligis eos huius mihi belli casus eripuit. Qui
sim autem hoc tempore intelligo: sed quia nemo est tam af
flictus. qui si nihil aliud studeat nisi id quod agit. possit no
vare aliquid et efficere: omne meum consilium operam
studium certe velim existimes tibi tuisque liberis esse debitum. Vale.

Cicero . Curioni . s . p . dicit . L. II. 1.

Quamq̃ me nomine negligencie suspectum tibi esse doleo
tamen non tam michi molestum fuit accusari abste-
officiũ meũ : q̃ iocundũ requiri . presertim q in quo accusa
bar culpa vacarem . in quo aũt desiderare te significabas
meas lr̃as prererferis prospectum michi q̃dem sed tñ dulcem
& optatũ amorem tuũ . Equidem neminẽ pretermisi quẽ
quidem ad te perventurũ putarem : cui lr̃as nõ dederim Et
enim quis tam in scribendo impiger q̃ ego a te bi uõ bis
ter ue ad summũ , & eas perbreuis accepi . Quare si im
quis es in me iudex . condempnabo eodẽ ego te crimine
si me id facẽ nolles te michi equum prebẽ debebis . Sed q̃
lr̃is hactenus . non .n. ueor ne nõ scribendo te expleam . p̃
sertim si in eo gñe studiũ meũ nõ aspernabẽ . Ego te abfuis
se tamdiũ a nobis & doleo q careo fructu iocundissime cõ
suetudinis tue & letor q absens omnia cum maxima dig̃ta
es consecutus . quodq; in omnibus tuis rebus meis optatis for
tuna respondit . breue est quod me tibi precipere meus
incredibilis in te amor cogit Tanta est expectatio vt animi
vel ingenij ut ego te obsecrare obtestariq; nõ dubitem . sic
cõfirmatus revertere ut q̃ expectatõm tui concitasti . hanc
sustinere ac tueri possis Et qm̃ meam tuorũ in me me
ritorum memoriam unq̃ non delebit oblivio . te rogo ut me
minẽris quecũq; accessiones tibi fient & fortune & digni
tatis eas te non potuisse consequi . nisi meis puer olim
fidelissimis atq; amantissimis consilijs paruisses . Quare hic
in nos esse debebis ut etas nr̃a iam ingravescens in amo
re atq; in adolescentia tua conquiescat .

Cicero Curioni sal p . d . L. II. 4

Epistolarum genera multa esse non ignorãs . sed unũ
illud certissimũ . cuius causa inuenta res ipa est ut
certiores faceremus absentes si quid esset . quod eos scire . a
nr̃a aut ipsorũ interesset In huius gñis sentencias nr̃as
a me profecto non expectas . tuarũ enĩ rerũ domesticarũ
habes & scriptores & nuncios In meis autem rebus nichil
est sane novi . Reliqua sunt Ep̃larum genera duo que ma
gnopere delectant unũ familiare & iocosum Alterum seve
rũ & grave cetum per lr̃as . Civem me hercule non
puto esse . qui temporibus hijs reddere possit . An gravius
aliquid scribam Quid est quod possit graviter a Cicerõ
ne scribi ad Curionem . nisi de re p̃ . atq; in hoc gñe

hec mea causa est: ut neq: ea que nō sentio uelim scribere
Q3 ob rem qui nullum scribendi argumentū relictum est utar
ea clausula qua soleo te q: ad studiū summe laudis cohortabor
Est. n. tibi grauis aduersariā constituta & parata incredibilis
quedam expectatō quam tu una re facillime uinces si hoc
statuis: quarū laudū gloiām adamaīs: quibus artibus hec
Laudes comparantur. in hys esse laborandum. In hanc sen
tentiam scriberem pluā: nisi te tua sponte satis incitatū esse
confiderem & hoc quicquid attigi: nō feci inflamandi tui
causa: sed testificandi amoīs mei Vale

L. II. 11. Cicero Imperatori Celio edilibus Curuli

PVtares ne unquā accidere posse ut michi uerba deesset
neq: solum ista urā oratoiā sed hec etiam leuia nostra
cia: desunt aūt ppt hanc causam que misere sum sollicitus
quidnam de prouincys decernatur mirū mee desiderium
tenet urbis incredibile meorū atq: inprimis Satietas aūt
prouincie vl quia uidemur eam famam consecuti: ut non
tam accessio querenda qm fortuna metuenda sit. Vel quia to
tū negotiū nō est dignum uiribus nris. quia maiora in rep
onera sustinere & possim & soleam ul quia belli mag
timor impedet. quod uidemur effugere. Sed si ad con
stitutam diem decedemus. de pantheris per eos qui venaī
solent agitur mandato meo diligenter. sed mira paucitas
est. ut reu que sunt aiūt queri ualde quod nichil cuiq̄
insidiarum in mea prouintiā nisi sibi fiat Itaq: consti
tuisse dicuntur in cariam ex nra prouintiā decedere sed
tamen sedulo fit & inprimis a pathisco. quicquid erit tibi
erit Sed quid esse plane nesciebamus. michi me hercule
magne cure est edilitas tua ipā res me admonebat Scrip
si enī hec ipsis Megalensibus tu uelim ad me de omni
rei. p. statu q̄ diligentissime perscribas Vale

M. C. salutē dicit An. filio suo Imperatori

L. V. 5. ETsi statueram nullas ad te lras mittē. nisi commenda
ticias nō q eas intelligerē satis apud te ualere sed ne
hys qui me rogarent. aliquid de nra coniunctiōne imminutū
esse ostenderent: tamen cū. t. pomponius homo omniū
meorū in te studiorū & officiorū maxime conscius tui cu
pidi uri amantissimus: ad te proficisceretur aliquid michi
scribendū putaui. Presertim cū alter ipi pomponio satis
facere nō possem. ego si abs te summa officia desiderē mirū
nemini uideri debeat Omnia enī a me. in te perfecta sunt

que ad tuu comodu . que ad honorem que ad dignitate
pertinent pro his rebus nullam michi abs te relictam gratiam
esse tu es testis optimus. etiam esse aliquid abs te per
fectum a multis audiui nam comperisse me no audeo dicere
ne forte id ipsum uerbum ponam quod abs te aut falso in
me solere conferri Sed ea que ad me delata sunt . malo te
ex pomponio tuo no minus molesta fuerunt . quom ex meis
litteris cognoscere me in te animus q singular officio fuit Et
Senatus & populus Romanus . testis est . tu q . gratus erga me
fuis ipse existimare potes . quantu michi debeas ceteri existiment
Ego que antea feci . uoluntate sum adductus . postea que con
stantia tua Sed reliqua michi crede meu studiu . maiore q
contentionem & dolorem desiderant que ego si no profunde ac
perdere uidebor omnibus meo iuribus sustinebo : Sin aut ingra
ta esse sentiam . no committam ut tibi ipse insanire uideat .
ea que sint & eiusmodi potis ex pomponio cognosces atq ipsi
tibi pomponiu ita comendo ut quamq ipsius causa confido te fac
turu esse omnia . tamen abs te hoc petam ut si quid in te residet
amoris erga me id omne in pomponii negotio ostendas . hoc m
nichil gratius facere potes

M . C . Ligario . S . plurima dicit

Etsi tali tuo tempore me aut consolandi aut iuuandi tui L. VI. 13.
causa scribere aliquid pro amicitia nra opportebat tn
adhuc id no feceram quia neq lenire uidebar oratione neq leua
re posse dolorem tuum Postea uo quom magnam spem habere
cepi fore ut breui tempore incolumen haberemus facere no
potui quin tibi & uoluntatem declararem meam : Primo igitur
scribam q intelligo & perspicio no fore in te Cesarem duriorem
Nam & res eu quottidie & dies & opinio hominu Et ut
michi uidetur . etiam sua natura mitiore facit Id q cum de reliquis
sentio . tu de te etiam audio & familiarissimis eius quibus ego ex
eo tempore quo primu ex Affrica nuntius uenit supplicare
una cu fribus no destiti . Quoru quide & uirtute & pye
tate & amore in te singular & assidua & ppetua cura salu
tis tue tantu proficit ut nichil sit quod no ipsum Cesarem
tributuru existimem . Sed si tardius sit quom uolumus magnis
occupationibus eius a quo omnia petunt additus ad eum difficilio
res fuerunt & simul Affricane cause iratior diutius uelle uideatur
eos habere solicitos a quibus se putat diuturnioribus esse molestiis
districtus no futuru . Quod quide sentirem exposui Quod uelle
tua causa re potius declarabo . quom oratione Et si tmpos

sem quantum in ea re p. de qua sum ita meritus: ut tu existimas pos
se debebam: ne tu quidem in istis incomodis esses. Eadem enim
causa opes meas fregit: que tuam salutem in discrimen adduxit.
Sed tamen ymago quicquid veteris. mee dignitatis quicquid re
liquie gratie valebunt studium consilium opera gratia fides mea
nullo loco deerit: tuis optimis fratribus: tu fac habeas fortem animum
que semper habuisti primum ob eas causas quas scripsi deinde quod ea
de re p. voluisti atque sensisti ut non modo tum secunda sperare debeas
sed etiam si omnia adversa essent. tamen conscientia et factorum
et consiliorum tuorum quecumque acciderent fortissimo et maximo
animo ferre deberes Cicero Toranio sal. dicit plurima.

L. VI. 21 Etsi cum hec ad te scribebam aut appropinquare exitus huius ca
lamitosi belli aut iam aliquid actum et confectum videbatur
tamen quottidie commemorabam te unum in tanto exitu mihi fuisse
assensorem et me tibi solosque nos vidisse quantum esset in eo bello
mali in quo spe pacis exclusa ipsa victoria futura esset acerbissima
que aut interitum allatura esset si victus esses aut si vicisses servi
tutem. Itaque ego quem tum fortes illi viri et sapientes domitii et len
tuli timidum esse dicebant. eram plane timebant enim ne evenie
rent ea que acciderunt. Idem nunc nihil timeo. et ad omnem even
tum paratus sum cum aliquid videbatur caveri posse. tamen id negli
gi dolebam Nunc vero eversis omnibus rebus cum consilio profici
nil possit una ratio videtur quicquid evenerit ferre moderate pre
sertim cum omnium rerum mors sit extremum et mihi sim conscius me quoad
licuerit dignitati rei p. consuluisse et hac missa salutem retinere
voluissem Hec scripsi non ut de me ipse dicerem: sed ut tu qui coniunc
tissima fuisti mecum et sententia et voluntate eadem cogitares Ma
gna enim consolatio est cum recordari etiam si secus acciderit te tamen recte
sensisse atque ut nam liceat aliquando aliquo rei p. statu nos frui
inter nosque conferre sollicitudines nostras quas pertulimus: tamen cum
timidi putabamur quia dicebamus ea futura: que facta sunt de tuis
rebus nihil esse quod timeas preter universe rei p. interitum tibi confirmo
de me autem sic velim iudices quantum ego possim me tibi saluti tue
liberisque tuis summo cum studio presto semper futurum. Vale.

Cicero L. d. Domitio
L. VI. 22. Non ea res me deterruit quominus postea quam in italiam venisti
litteras ad te mitterem quod tu ad me nullas miseras. sed quia nec quid
tibi pollicerer ipse egens omnibus rebus: nec quid suaderem cum mihi
metipsi consilium deesset: nec quid consolationis afferrem in tantis
malis reperiebam hec quamquam nihilo meliora sunt: nunc etiam atque

etiam multo desperatiora: tamen mauis esse meas lras quam nullas
malui ego & si te intelligerem plus conatu esse suscipere rei p.
tam muneribus quam quantum prestare potuisses tamen quibuscumque re
bus possem ad eam condicionem te vivendi que daretur quaeque est
hortarer. Sed cum consilii tui bene fortiterque suscepti eum tibi finem
statuis: quem ipsa fortuna terminum nostre contentionis esse voluisset
oro obtestorque te pro nostra vetere coniunctione: ac necessitudine: proque
summa mea in te benivolentia & tua in me pari: te ut nobis parenti
coniugi: tuisque omnibus quibus es fuistique semper carissimus: salvum
conserves, incolumitati tue, tuorumque que pendet consulas que didici
sti que ab adolescentia pulcherrime a sapientissimis viris tradita me
moria & scientia comprehendisti: hiis hoc tempore utare: quos coniunctos
summa benivolentia pluribusque officiis amisisti eorum desiderium si non
equo animo ac forti feras: ego quid possim nescio vel potius me parum
posse sentio: Illud tamen tibi polliceor. me quecumque saluti dignitatique
tue conducere arbitrabor: tanto studio esse facturum: quanto semper
tu & studio & officio in meis rebus fuisti: hanc meam voluntatem
ad matrem tuam optimam: feminam tuique amantissimam detulisti si quid
ad me scripseris ita faciam ut te velle intellexero: sin autem tu minus
scripseris: ego tamen omnia que tibi utilia esse arbitrabor summo stu
dio diligenterque curabo: Vale

C. M Celio Edili Curuli

L. II. 14.

Fabio viro optimo & homine doctissimo familiarissime utor
mirificeque eum diligo: cum propter summum ingenium eius summam
que doctrinam tum propter singularem modestiam eius negotium sic ve
lim suscipias. ut si esset res mea nostri ego vos magnos pronos
homines ostendar oportet: qui vestra opera uti velit: sed in hoc ho
mine nullam accipio excusationem: omnia relinques si me amabis
cum tua opera Fabius uti volet: Ego res Romanas vehementer
expecto ˣ ~~[illegible]~~ ˣ & desidero. in primis
quid agas scire cupio Nam iam diu propter hyemis magnitudinem
nihil novi ad nos afferebatur

C. Curioni salutem dicit

L. II. 3.

Nempe studium non defuit declarandorum munerum tuo nomine: h
nec mihi placuit: nec cuiquam tuorum quicquam te absente fieri
quod tibi cum venisses non esset integrum. meam quidem sententiam aut
scribam ad te postea pluribus aut ne ante meditere imperatum te
offendam: coramque contra istam tuam: rationem meam dicam: ut aut
te in meam sententiam ducam aut certe testatum apud animum tuum
relinquam quid senserim: ut si quando quod nolles displicere tibi tuum consilium
ceperit: possis meum recordari. Brevi tamen sic sit habeto meum. —

statum temporum tuum rectum mad. ut hys bonis que tibi natura
amplissima in re p consequi possis quam muneribus quorum neque facul
tatem quisquam admittat Est enim copiatum non virtutis neque quisquam
est quem satietate iam defessus sit sed aliter atque ostenderam. Sati
am quoniam moredior ad explicandum rom sententie mee Quare
omnem hanc disputationem in adventum tuum differo: Summa stud
in expectatione te esse. eaque expectam que a summa virtute summoque inge
nio expectanda sunt ad que sicies ut debes paratus quod ita esse confido
plurimis maximisque muneribus & nos amicos & cives tuos univer
sos et rem p afficies. illud cognosces profecto michi te neque ca
riorem iocundiorem esse quemquam Vale

Cesar Ciceroni salutem d. plurimam

Recte augurans de me: bene enim tibi cognitus sum. nichil
a me abesse longius crudelitate atque ego cum ex ipsa re capio
magnam voluptatem tamen meum factum abs te probari triumpho:
& gaudeo. neque illud me movit quod hy qui a me dimissi sunt
discessisse dicuntur. ut michi bellum rursus inferrent: nichil enim
malo quam me mei similem esse & illos sui Vale mi Cicero

M. Marcellus Ciceroni salut. d.

Plurimum valuisse apud me tuam semper auctoritatem cum in
L. IV. 11. omni re tum in hoc maxime negotium potes existimare: cum michi
consul Marcellus frater amantissimus mei non solum consilium daret
sed precibus quoque me obsecraret: non prius michi persuadere potuit
quam tuis est effectum litteris ut uterer nostro potissimum consilio: resquem
admodum sit acta nostre littere michi declarant Gratulatio tua & si est
michi probatissima quod ab optimo sit animo. tamen michi hoc multo
iocundius est & gratius. quod in summa paucitate amicorum propinquorum
ac necessariorum qui vere mee saluti faverunt. te cupidissimum mei. singula
remque michi benivolentiam. prestitissime cognovi Reliqua sunt
eiusmodi quibus ego quoniam hec erant tempora facile & equo animo
carebam. hoc non eiusmodi esse statuo. ut sine talium virorum &
amicorum benivolentia: neque in adversa neque in secunda fortuna
quisquam vivere possit Itaque in hec ego michi gratulor. tuo vero
ut intelligas homini amicissimo te tribuisse officium re tibi prestabo

L. IV. 12. Servius Ciceroni salut. d. plurimam

Et si scio non iocundissimum me nuntium vobis allaturum
tamen quoniam casus & natura bonis dominatur. visum est fa
ciendum quoquomodo res se haberet nos certiores facere ad
navi advectus eram. ibi Marcellum
collegam nostrum. conveni eumque diem ibi consumpsi ut cum
eo essem. Postero die cum ab eo digressus essem eo consilio

ut ab Athenis in boetiam irem reliquamq; iurisdictionem absoluerem
ille uti aiebat supra maleas in Italiam uersus nauigaturus erat.
Post tridie tertium eius diei cum Athenis proficisci in animo haberem
circiter horam decimam noctis: postumius familiaris eius ad me
uenit & mihi nuntiauit Marcum marcellum collegam nostrum post
Cœne tempus a publio magio cilone familiare eius pugione per
cussum esse & duo uulnera accepisse unum in stomacho alterum
in capite secundum aurem. sperari tamen eum uiuere posse. Magium
seipsum interfecisse postea se a marcello ad me missum esse qui hec
nuntiaret & rogaret uti medicos cogerem. coegi & e uestigio
eo sum profectus prima luce cum non longe a pyreo essem puer acida
lini obuiam mihi uenit: cum codicillis in quibus erat scrip
tum paulo ante lucem Marcellum mortuum fuisse ita uir clarissimus
ab homine deterrimo. acerbissima morte est affectus: & cui
inimici propter dignitatem pepercerant inuentus est amicus qui mortem
ei afferret. Ego tamen ad thabernaculum eius perrexi inueni duos
libertos & pauculos seruos. reliquos aiebant profugisse metu per
territos: quod dominus eorum ante thabernaculum interfectus esset
coactus sum in eadem lectica qua ipse delatus eram: meisq; lecti
cariys eum in urbem referre ibiq; pro ea copia que athenis
erat funus ei satis amplum facere curaui ab atheniensibus locum
sepulture urbe ut darent impetrare non potui. quod religione
se impediri deberent dicerent. neq; tamen id antea cuiq; con
cesserunt quod proximum fuit uti in quo uellemus gimnasio, se
pelliremus, cum nobis promiserunt. Nos in nobilissimo orbis
terrarum gimnasio Achademie locum delegimus ibiq; eum com
clusimus: posteaq; curauimus: ut eidem Athenienses in eodem
loco monumentum ei marmoreum faciendum locarent Itaq; que
nostra officia fuerunt pro Collegio & propinquitate & uiuo & mor
tuo omnia ei prestitimus. uale

Vatinius Imperator C. salutem d. p.

Si tuam consuetudinem in patrociniys tuendis seruas. P. ua
tinius Cliens aduenit. qui pro se causam dicier uult. non
puto repudiabis in honore quem potius ad optem aut inuo
tem. quam illum quo defendente uincere didici. an uerear ne
qui potentissimorum hominum conspirationem neglexit: pro mea
salute is pro honore meo pusillorum ac maliuorum obtrectatores
etiam in inuidias non prosternatur atq; obterat. Quare si me
ut soles amas suscipe me totum atq; hoc quicquid est oneris aut
muneris pro mea dignitate tibi tuendum ac sustinendum pu
ta. Scis meam fortunam Nescio quo facile obtrectatores inuenire L. V. 9

non meo quidem me herculo merito: sed quanti id refert si tanti fa
to nescio quo accidit si quis forte fuit qui nostre dignitati obesse
uelit: peto a te ut tuam consuetudinem liberalitatemque in me ab
sente defendendo michi prestes. Litteras ad senatum de rebus nostris ge
stis quo exemplo miseram infra tibi perscripsi: Dicitur michi tuus
seruus anagnostes fugitiuus cum uardeis esse: de quo tu michi nil
mandasti. Ego autem terra marique ut conquireretur permandaui
Et etiam profecto tibi illum reperiam. nisi in dalmatiam confugit
et inde tamen aliquando eruam. tu nos fac ames Vale

M. C. Vatinio Imperatori s. d.

Grata tibi esse mea officia non miror. Cognoui enim te grati
ssimum omnium idque numquam destiti predicare. nec enim tu michi
L. V. 11 habuisti modo gratiam: verum etiam cumulatissime tulisti. Quamobrem
reliquis tuis rebus omnibus: parem me studio erga te et eadem uolun
tate cognosces. Qui feminam primariam Pompeyanam uxo
rem tuam commendas: cum sura nostro statim locutus sum: ut etiam
meis verbis diceretur: ut quicquid opus esset michi denuntiaret.
Me omnia que ea uellet summo studio curaque facturum: tu tamen ei velis
scribas ut nullam rem neque tam magnam: neque tam paruam putet
que michi difficilis aut parum me digna uideatur Omnia
que in tuis rebus agam et non laboriosa michi et honesta ui
debuntur. De dionisio si me amas confice. quamcumque ei fidem de
deris prestabo Si uero improbus fuit ut est duces eum captum in
triumpho: dalmatis dii male faciant. qui tibi molesti sunt:
sed ut scribis breui capientur et illustrabunt res tuas gestas
Semper enim habiti sunt bellicosi Vale

Dolobella Ciceroni s. d. plurima

Si tullia nostra recte ualet: quinta terentia minus belle habuit
sed certum scio iam conualuisse eam. Preterea rectissima sunt
L. IX. 9. apud te omnia. Et si nullo tempore in suspicionem tibi debui uenire
partium causa potius quam tua tibi suadere ut te aut cum Cesare
nobiscum coniungeres aut certe in ocium referres qui bonum consilium
uellem fecisses precipue nunc iam inclinata uictoria. ne
possum quidem in ullam aliam incidere opinionem. nisi in eam
in qua scilicet te tibi suadere uideam. quod pye tacere non possum
Tu autem mi cicero si hec accipies ut siue probabuntur tibi siue non
probabuntur. ab optimo certe animo: ac deditissimo tibi et co
gitata et scripta esse iudices. Animaduertes quoniam pompeius nec
nominis sui nec rerum gestarum gloria, nec etiam regum. ac.

at nationum clientelis: quas ostentare crebro solebat esse tutum
Et hoc etiam quod infimo cuique contigit illi non posse contingere
ut omnes te fugere possit pulso Italia amissis hispaniis capto
exercitu. veterano circumvallato, nunc denique quod nescio an nulli
unquam nostro acciderit imperatori Quamobrem quid aut ille spera
re possit aut tu animum adverte pro tua prudentia Sic enim
facillime. quod tibi utilissimum erit capies Illud autem te peto. ut
si iam ille evitaverit hoc periculum & se adduxerit in classem
tu tuis rebus consulas: & aliquando tibi potius. quam cuivis sis amicus
Satisfactum est iam a te vel offitio vel familiaritati. satisfactum
etiam partibus & ei rei p. quam tu probabas: Reliquum est
ubi nunc est res p. ibi simus potius quam dum illam veterem se
quamur simus in nulla: Quare te velim mi iocundissime
Citero si forte pompeius pulsus fuerit his forte locis rursus alias re
giones petere cogatur: ut tu te vel Athenas vel in quamvis quietam
recipies civitatem: Quod si eris facturus. velim mihi
rescribas. ut ego si ullo modo potero: ad te advolem Quecumque
ab imperatore a tua dignitate erunt impetranda. qua es huma
nitate cesar facillimum erit ab eo tibi ipsi impetrare. & meas.
inde preces apud eum non minimum auctoritatis habituras puto
Erit quoque tue fidei & humanitatis curare: ut huius tabellarius
que ad te misi reverti possit ad me & a te mihi litteras referat

Citero Dolobelle salutem dicit

Etsi contentus eram mi dolobella: tua gloria satisque ex
ea magnam letitiam: voluptateque capiebam. tamen non
possum non confiteri cumulari me maximo studio: quod vulgo
hominum opinio socium me ascribebat: tuis laudibus neminem
conveni Convenio autem quottidie plurimos. Sunt enim optimi per
multi viri qui valitudinis causa in hec loca conveniunt. preterea
ex municipiis frequentes necessarii mei. qui omnes cum te summis laudibus
ad celum extulerunt mihi continuo maximas gratias agant.
Negant enim se dubitare. quin tu meis preceptis & consiliis ob
temperans: prestantissimum te civem. & singularem consulem
prebeas. quibus ego quamquam verissime possum respondere te que
facias tuo iudicio & tua sponte facere: nec cuiusquam egere con
silio. tamen neque plane assentior nec minuam laudem tuam.
si omnis a meis consiliis profecta videatur: neque valde nego
Sum enim avidior etiam quam satis est glorie & tamen non alienum di
gnitate tua. quod ipsi Agamenoni Regum Regi fuit honestum

habẽ aliquẽ in consiliis capiendis nestorem. Mihi uõ glo-
riosum te consulem iuuenem florere laudibus q̃ alumnũ disci-
pline mee. Lucius quidẽ Cesar cũ ad eũ egrotũ neapolim ve-
nissem. qq̃ erat oppressus totius corporis doloribus: tñ anteq̃ me
plane salutauit. O mi Cicero inquit. Gratulor t cũ tm̃ vales
apud dolobellam qñtũ si ego apud sororis filiũ ualerẽ. Iam sal-
uẽ quidẽ post te consulem solũ possumus vẽ consulem dicere
deinde multa de facto aut de re gesta. tum nl' magnificentius
nihil preclarius actũ unq̃. nl' rei .p. salutarius testatus est:
Atq: hec una uox omniũ ẽst. A te aũt peto ut me hãc q̃si falsam
hereditatem aliene gloẽ sinas cernere. me q: aliqua ex parte
in societatem tuarũ laudum uenire patiare. Qq̃ mi do-
lobella. hec .n. iocatus sum. Libentius omis meas si modo sunt
aliquẽ mee laudes ad te transfuderim. q aliquam parte ex-
hauserim ex tuis. nam cũ te semp tm̃ dilexerim qñtũ tu inte-
lligẽ potuisti. tũ his tuis factis sic incensus sum. ut nl' unq̃
in amore fuit ardentius: nihil ẽ eñ mihi crede uirtute for-
mosius. nl' pulchrius nl' amabilius. semp amaui ut tu scis
Marcũ brutũ: ppr eius summũ ingeniũ. suauissimos mores
singularem probitatem atq: constantiam: tũ idibus martiis tã-
tũ accessit ad amorem: ut mirarer locũ fuisse augendi in eo qd
mihi iam pridem cumulatũ est uidebatur. Quis erat q putarẽ
ẽt ad eum amorẽ quem in te habebam posse aliud accidere: tm̃
accessit: ut mihi nũc demũ amare uidear antea dilexisse. Qua-
re qd: qd ego te hortor: ut dignitati & gloiẽ seruias pponas
tibi claros uiros quod facere solent qui hortant̃ neminẽ habeo
claiorem: q̃ te ipm̃: Te imitẽ oportet. tecum ipẽ certes. non
licet quidẽ tibi iam tantis rebus gestis non tui simile esse. &
cum ita sit hortatiõ nõ est necessaria: gratulatiõne magis utendũ
est: Contigit enim tibi haud scio: an ne nemini ut summa
aduersitas animaduersionis: nõ mõ nõ inuidiosa. sed etiã popu-
laris esset. Et cũ bonis omnibus. cũ infimo cuiq: gratissimo: hec
si tibi fortuna quadã contigisse: g̃tularer felicitati tue. Sed
cõtigit tamẽ magnitudine ani: tũ etiam ingenii atq: cõsilii
Legi eñ cõtionẽ tuã. nil illa sapientius ita pedetentim & g̃-
datim tũ accessus ad te ad causam facti. tũ recessus: ut res ipa
maturitatem tibi animaduertendi omniũ concessu daret. liberasti
igr̃ & urbẽ periclõ & ciuitatẽ metu. neq: solũ ad tempus ma-
xĩmã utilitatem attulisti: sed etiam ad exemplũ. Quo facto
intelligẽ debes in te repositã fore rem .p. tibi q: nõ modo

tuendos: sed et ornandos esse illos viros a quibus vinculum libertatis profectum est. Sed hiis de rebus coram plura precedens ut spero tu quando rem publicam nosque conservas: fac ut diligentissime te ipsum mi dolobella custodias. Vale.

Marcus Cicero L. papirio paeto s. d. p. — L. IX. 18.

Cum essem otiosus in tusculano propterea quod discipulos obviam miseram. ut eadem me quam maxime conciliarent familiari suo accepi tuas litteras plenissimas suavitatis. ex quibus intellexi probari tibi meum consilium. quod ut dionisius tyrannus. cum syracusis expulsus corinthi dicitur ludum aperuisse. sic ego sublatis iudiciis amisso regno forensi ludum quasi habere coeperim. Quid quaeris. me quoque delectat consilium. multa enim consequor primum id quod maxime nunc opus est munio me ad hec tempora. id cuius modi sit nescio tantum video nullius adhuc consilia me huic anteponere. nisi forte mori melius. sed ut in lectulo fateor sed non accidit. in acie non fui. ceteri quidem pompeius lentulus tuus. Scipio Affranius foede perierunt. at cato preclare: Iam istuc quidem cum volumus licet modo demus modo operam. ne tam nobis sit necesse quam illi fuit. id quod agimus ergo hoc primum sequitur. illud ipse melior fio primum valitudine. quam intermissis exercitationibus amiseram. Deinde ipsa illa si qua fuit in me facultas orationis. nisi me ad has exercitationes retulissem exaruisset. Et extremum illud est: quod tu nescio an primum putes. plures iam pavones confeci. quam tu pullos columbinos. tu istic te Atheriano iure delectato. hic Ego. me hic hirtiano. Veni igitur si vir es et disce ~~disce~~ quas quaeris et si sus in nervam. Sed quo ut video estimationes tuas vendere non potes neque ollam denariorum implere. Romam tibi remigrandum est. satius est hic cruditate quam istic fame. Video te bona perdidisse. spero idem istos familiares tuos. factum igitur de te est. nisi provides. potes mulo isto quem tibi dicis reliquum esse quoniam cantherium comedisti roma pervehi. sella tibi erit in ludo tamquam hippo didascalo proxima eam pulvinus sequetur.

M. C. Papirio Imperatori sal. d. p. — L. IX. 25

Summum me ducem littere tue reddiderunt. nesciebam te tam peritum esse rei militaris. Pirrhi libros et cineo video lectitasse. Itaque obtemperare cogito preceptis tuis. hoc amplius navicularum habere aliquid in ora maritima contra equitem perthum negant ullam armaturam meliorem inveniri posse. Sed quid ludimus. nescis quocum imperatore tibi negotium sit quam contriveram.

Pirrhus. et eius preceptor. Cineas docti in re militari libros composuerunt

Legendo totũ in hoc impeřio explicaui. sed iocabimur alias
coram. & ut spero breui tempoře: huic addes ad imperandũ
ul' ad parendũ potius: sic enĩ antiqui loquebantur tu Marco
fa. quod scire te arbitror mihi summus usus est. ualde q: eum di
ligo: tamẽ ppř sũmã probitatem eius ac singularẽ modestiam
tum q in his controuersijs quas hẽo: cũ tuis cobibombꝫ Epicu
tis: optima eius opera uti soleo. Is tum ad me Laodiceum uenis
set mecũ q: ego eum esse uellem: repente percussus est atrocis
simis lrís. in quibus scriptũ erat fundũ Herculanensem. A. Q.
Fabio frẽ proscriptum esse: qui fundꝯ cum eo communis esset.
Id M. Fabius pergrauiter tulit: existimauit q: fřem suũ hominẽ
nõ sapientem impulsu inimicorũ suorũ. eo progressũ esse. Nũc
si me amas mi Paete negotiũ tuũ suscipe. molestia Fabiũ libẽ
auctõitate tua nobis est opus est: & consilio & etiam gratia
Noli pati litigare frẽs et iudicijs turpibus conflictai. Matonẽ
et Polionẽ inimicos habet Fabius. Q ind multa nõ me hercle
tam proscribẽ possim. q̃ mihi ĝtum fecis. Si ociosum Fabiũ
reddideris. Id ille in te positũ ẽẽ putat: mihi q: persuadet.

L. X. 6.



Marcus Cicero Planco S. dicit

Ve locutus ẽ Furnius ur. de aĩo tuo in rẽ p. eo ĝtis
sima fuerũt Senatui ppłõ: Ro. & probatissĩa. Que
aũt recitate sũt lrẽ in Senatu. neq qui cõsentire cũ Furnij orõe
uise sũt: Pacis enĩ auctor eras. cũ collega tuus uir clarissimus
a fortissimis Latronibus obsidetur: q aut positis armis pacem
petẽ debẽt: aut si pugnantes eam postulabãt uictoiã pax nõ
pactõne petenda ẽ. Sed de pace lrẽ. uel Lepidi uel tue quã
in partẽ accepte sĩt. ex uiro optimo frẽ tuo: ex C. Furnio po
tis cognoscẽ: me aũt impulit tui caritas ut q̃nq nec tibi ipi co
siliũ deesset. & frĩs Furnij q: beniuolentia fidelisq: prudentia t̃
presto eẽt futura: Vellem tamẽ mee quoq: auctoitates propt̃
tiis nr̃is necessitudinibus p̃ceptũ a te aliquod peruenire. Crede
mihi plane omis quos adhuc gradus dignitatis consecutus
sis: eos aũt adeptus amplissimos eos honorũ notabula habitu
ros nõ dignitatis insignia nisi te cũ libertate populi Ro &
& Senatus auctõitate coniunxeis: Seiũge te quẽso aliquando
ab his cũ qbus te nõ tuũ iudiciũ. sed tpõrũ uincula coniunxerũt. Co
plures in perturbatione rei p cõsules dicti quorũ nemo cõsularis
habitus: nisi qui aĩo extitit in rem p. cõsulaĩs. Talem igitur
te esse oportet: qui primũ te ab impiorũ ciuiũ tui dissimi
limorũ societate seiũgas: Deinde & Senatui bonisq: omnibus
auctorẽ principẽ ducẽ prebeas. Postremo. ut pacẽ esse
iudices: nõ in armis positis sed in abiecto armorũ & seruitutis

metu· Hec ages & senties tu eris non modo consul & consu
laris: sed magnus eum consul & consularis: Sin aliter tua in
istis amplissimis nominibus honorum non modo dignitas nulla erit
sed erit summa deformitas Hec impulsus benivolentia scripsi
paulo severius que tu in experiendo mea ratione: que te digna
est vera esse cognosces: Vale. M. Cicero Planco s p d.

L. X. 10.

Etsi satis ex Furnio nostro cognoram: que tua voluntas: quod
consilium de re p esset tamen tuis litteris lectis liquidius de toto
sensu tuo iudicavi Quamobrem: quamquam in uno prelio omnis
fortuna rei p disceptat. quod quidem tum hec legeres iam decretum
arbitrabar fore: tamen ipsa fama: que de tua voluntate per-
vaserit magnam es laudem consecutus Itaque si consulem Rome
habuissemus. declaratum esset a senatu cum tuis magnis honoribus
quam gratus esset conatus & apparatus tuus: cuius rei non modo non
preterit: Tempus sed ne maturum quidem etiam nunc meo iudicio
fuit Is enim denique honos videtur posse omnibus mihi crede in-
videri solet: qui non propter spem futuri beneficii: sed propter magna me-
rita claris viris defertur & datur: Quare sit modo aliis res p
in qua honos elucere possit omnibus mihi crede amplissimis
honoribus tu abundabis. Is autem qui vere appellari potest honos
non invitamentum ad tempus. sed perpetue virtutis est premium
Quamobrem mi Plance incumbe toto pectore ad laudem: Sub
venim patrie opitulare college omnium gentium consensum in-
credibile conspiratione: adiuva me tuorum consiliorum adiutorem
dignitatis fautorem omnibus in rebus tibi amicissimum fideli
ssimum que cognosces Ad eas enim causas: quibus inter nos amore
sumus: aut officiis vetustate coniuncti patrie accessit caritas: ea
que ante effecit: ut tuam vitam anteferrem mee

Marcus Cicero Planco s d p

Nichil post hominum memoriam gloriosius: nichil gratius
nec tempore quidem ipso opportunius accidit mihi. quam tuas
Plance litteras. Reddite sunt enim frequenti senatu Cornuto. cum his
frigidas Lanake & inconstantis recitasset litteras Lepidi. sub eas sta-
tim recitate sunt tue non sine magnis quidem clamoribus. cum re-
bus enim ipsis essent et studiis beneficiisque in re p gratissime
tum erant gravissimis verbis ac sententiis plene flagitare
senatus instituit Cornutum ut refferret: statim de tuis litteris ille
se considerare velle. cum ei magnum convicium fieret cuncto a senatu
quinque tribuni plebis retulerunt. Sed Servilius rogatus rem di-
stulit. ego eam sententiam dixi cui sunt assensi ad assenserunt

omnes ad unu: eaq: fiunt ex s. c. cognosces. Tu quamquam consilio non
eges vel abundas potius: tamen hoc animo ut nichil huic remais
: ne me in rebus tam subditis, tamq: angustis a senatu consiliu
petendus putes. Ipse tibi sis senatus quocumq: te ratio rei p. ducet
sequere tuere rem p. Cures ut ante factu a te aliquid egregiu
audiamus. q futuru putamimus. Illud tibi promitto. quicquid
erit a te factum ad senatu non modo ut fideliter: sed etiam ut
sapienter factum comprobaturu: Vale

L. X 23.

Plancus Ciceroni salutem dicit plurimas

Nunquam me hercule mi Cicero me non penitebit maximu
periculi pro patria subire. si quid acciderit mi. a reprehen
sione temeritatis absim. confiterer imprudentia me lapsum si unquam
lepido ex animo credidissem. Credulitas enim error est magis quam
culpa. equidem in optimu quemq: facillime irrepit. sed ego
non hoc uitio pene sum deceptus. Lepidum uero pulchre noram.
quid ergo est. pudor me qui in bello maxime est periculosus
huic casui coegit subire. Nam si uno loco essem verebar: ne cui
obtrectatoru viderer et nimium pertinaciter lepido offensus et me
a patientia et ale bellu. Itaq: copias prope in conspectum lepidi
Antonijq: adduxi quadraginta miliu passuum spatio relicto conse
di. eo consilio ut vel celeriter accedere vel salutari recipere me posse.
Adiunxi hec in loco eligendo flumen oppositu ut haberem in quo
mora transitus esset. per quorum loca fideliter mihi pateret iter.
lepidus desperato adventu meo quem non mediocriter captabat se
cum Anthonio coniunxit ad iiij kl. Jun. eodem q: die ad me castra
mouerunt viginti milia passuum cum abesset res mihi nuntiata e.
dedi operam dijs benignitate ut et celeriter me reciperem et
hic discessus nichil fuge simile haberet. non miles ullus non eques
non quicquam impedimentorum amitteretur aut ab illis ferventibus la
tronibus interciperet. Itaq: pridie nonas Junias omnes copias Isaram
traiecti pontesq: quos feceram interrumpi ut spatium et se ad col
ligendum homines haberet. Et ego me interea cum collega coniungerem
quem triduo cum has dabam litteras expectabam. Laterensis nostri
et fidem et animum in rem p. singularem semper fatebor. Sed certe
fecit eum nimia eius indulgentia in lepidum ad hec pericula prospicienda
minus sagacem. Qui quidem cum in fraude se uideret
deductum manus quas iustius in lepidi perniciem armasset si
bi afferre conatus est. In quo casu tamen interpellatus et adhuc
uiuit et dicitur uicturus. sed tamen de hoc mihi parum certum est.
Et magno cum dolore parricidarum elapsus sum. Ils ueniebat cum

tū eodem studiose in me quo in priam ciuitati. Iracundias em̄
harū rerū. recentes habebat. q̄ lepidum castigare castigarē
nō destiteram ut extinguerēt bellum q̄ colloquia facta īnpro
babam. q̄ Legatos fide lepidi dimissos. ad me in conspectum uenire
uetuerat. & C. tatiū nostamū tribunū milit missū. ab Antonio
ad me cū litteris exceperam. in quo capio hāc uoluptatem &
certe quo magis me petiuerunt. tanto maiorē is frustra ad
dolorem attulerit. Tu mi Cicero quod adhuc fecisti idem
presta. ut uigilanter neruoseq̄ nos qui stamus in acie sub
ornes. Veniat Cesar cum copiis. quas hz firmissimas. aut
si ipsū aliqua res impedit. exercitus mittatur. cuius ipsius.
magnū periculū agitur. Quicquid aliquādo futurū fuit in
castris perditorū contra patriam hoc omne conuenit. Pro urbis
uero salute cur nō omnibus facultatibus. quas habemus utamur
Quod si uos istic nō defueritis. profecto quod ad me attinet omnibus
rebus rei p. satisfaciam. Te quidē mi Cicero in dies me
hercules habeo cariorem sollicitudinesq̄ meas quottidie magis
tua merita exacuunt. ne quid aut ex amore aut ex iudicio tuo
perdam opto ut michi liceat iā presenti pietate meorū officiorū
tua beneficia tibi facere iocundiora. viij Idus Iun. Cularo
ne. Ex finibus. Allobrogum. Vale.

Expliciunt. Epistole. scripte pro
domino Iohanne. Suicka de polonia
Anno &c. quadragesimooctauo. Amē

Valentissimus in Arte Oratoria discenti modus ac
Regule infrascripte. A famosissimo d. Jo. Lamola Oratore edite

Comoda et perfecta eloquutio in hoc potissimum consistit
ut orationis virtutes assequamur: vitiaque declinemus
Eloquutio dividitur in Elegantiam Compositionem dignitatem.

De Elegantia

Elegantia est Cum unumquodque pure et aperte dicitur
Et dividitur in Latinitatem et Explanationem

Latinitas diffinitur

Latinitas est sermo purus ab omni vitio remotus.
scilicet Soloetismo et barbarismo

Explanatio diffinitur.

Explanatio est sermo. Aptus et dilucidus. qui fit per propria rei vocabula. et usitata.

De Compositione

Compositio est prepolita equabilitas: que fiet si sequentia devitabis vitia. et sequentes adimplebis virtutes et eas non solum: sed illis similes.

Vitia hec et hys similia vitanda sunt

Vocalium concursio: que vastam et hyantem reddit orationem vitanda est: ut bacce. enee.

Vitium secundum

Nimia eiusdem littere assiduitas. ut tinnis rationis ratio non extat. ei rationi non est ratio fidem adhibere.

Vitium Tertium

Similium sillabarum cadentium aut desinentium. oratio. ut flentes lacrimantes plorantes et optimorum fortunatorum Imperatorum.

Vitium quartum.

Nimius Apparatus vitandus.

Dignitas diffinitur.

Dignitas est: circa verborum ac sententiarum ornamenta ac varietatem scilicet et orthographiam.

Hec et similes sunt uirtutes in Compositione.

Ordo naturalis seruat. ubi plura eandem ad rem pertinentia . dicant. Debetque crescere aut descrescere oro naturali ordine . et in laude uel in uituperio .

Crescit in Laude

Nobilis . Eggregius . Magnificus . Illustris et qui me procreant alunt erudiunt et ad honore et dignitate prouex.

Crescit in Vituperio

Scelestus . crudelis impius inanis . et fur adulter et latro periurus Sacrilegus .

Decrescit

Ad honore prouexit . erudiunt : Alunt procreant :

Dignius indignioribus preponat

Vir et femina . dies et nox . uirtus et uitiu : res secunde et aduerse ualde boni : ualde malum :

De Verbo

Verbum sepius in fine orationis laudat : et in principale potius finat ! quam secundarium !

Et duo aut tria uerba sepius in fine locant suauissime raro quatuor :

De Adiectiuo

Adiectiuum ponat ante substantiuum : Inter adiectiuum et substantiuum aliquid intermediet , uerbum uidelicet : uel pronomen : uel genitiuus talis uel aliud sibi simile : ut tuam extollit uirtute meam laudat humanitatem hac in urbe : tua sub amicitie hac ex domo : nostra pro beniuolentia . multas ob causas Eggregium illius pudore . semper amaui .

De Aduerbys

Aduerbium apud uerbum locet . et ante quidem potest Apud uerbum locent aduerbia . Ad sententia quidem superflua uorum : sonora orationi faciunt : Deinde cum sonoritatem diditeris : raro illa apponas quia principale id indicat : cum serio scribendum est : si illud se prius fiat : ut nempe : plane certe : profecto et similia

De Infinitivo

Infinitivus ante verbum potius q. post locetur aut verbu in principio & infinitivus in fine locetur: ut tuam virtute semp extollere contendi: vel contendi nepe tua semp virtute extollere.

Paranthesis

Paranthesis cum aliqua racone interponat: ut te vero nam in me perhumanus fuisti semp admod dilexi.

Ex.a Additum

Additum cum subtino equet: nec significet minus: ut rex parcius aut Amplius ut Illustris Agricola.

Amo

In re leta letis utere vocabulis: in re tristi tristiore.

Accipit

Id quod pro quid: qm cum .i. cum quo Italiam versus: postea qm a postqm: satis officio feci pro satisfeci & similia: Et nec neq: uel aut si oracom pponatur requirit aliam sibi simile.

Ex regula

Eadem oro no secus q. pluribus committet modis: equibus prestantior eligatur: ut in exemplo:

Exempla ponit

Ego semp amaui p. ppr suam virtute
p profecto nam plurima pollet virtute semp amaui
p eqnde suam ppr virtute semper dilexi
p vero ppr quas in eo sitas conspexi singulares virtutes miro semp sum prosequutus Amore:
uel mira sum complexus benivolencia
p eqnde ob precipuas suas virtutes: mira semp caritate coniunctus sum:

p plane exquo eximias illius intellexi probitates miru inmodum semp colui vl cum complexus sum ex.a bona

Aiato

Hec no regule & alie similes dant scdm ut plurimum: sed aurium consonantie iudicio facile omnia comprobant: Hec no maxime discunt & bn apteq diligenti scribentium obsrvacone: adiuncta excitacone: que omnez doctrina supat

Una dicto sepe usum habebit uno in tempore aut uno
in casu aut uno in numero & non in alijs

Karme

Cum fiat si catp fiat: si cito fiet nunquam bene fiet.

Expliciunt Regule Ad arte Oratoriam
multum proficue: que si discuntur et tamen
hoc tenent frinctum Afferunt non modicum

Super altercatone sedium qui int oratores xpianissimi principis dni mei Regis
Castelle et legionis et Oratores Serenissimi Regis Anglie oriebat ne aliquod
scandalum sequeretur sacra Synodus Basilien deputauit aliquos qui tractarent
int eos concordiam et si concordari non possint audiret Rationes eorum fuerunt
aute deputati Reverendissimi pres et dni Cardinalis sancti Angeli legatus et presides
et Cardinalis Arelaten et Cardinalis firmanus et Reverendi pres Archieps
Tarentinus et Epus paduanus presidentes et alij duodecim plati et doctores
ex iiijor deputationibus ex quali deputatione tres qui videntes concordiam p
longari inuperunt ptibus vt eos informaret de Rationibus suis segregatim
ne si vtraque pars pns esset aliquid forte disturbij oriretur Allegauit aut
p pte eiusdem Illustrissimi principis et Regis Castelle Alfonsus garsie de
sancta maria legum doctor Compostellane et Segobien ecclesiarum decanus
eiusdem Serenissimi principis auditor Referendarius et Consiliarius vnusque de
oratoribus eius in modum qui sequitur Die xiiij Septembris anno m CCCC xxxiiijto

Memor sum Reuerendissimi Reuerendi p̃res eius sententie quam dixisse fertur demos-
tenes cuius et si verba non repetam affectum vt michi occurrit edicam Cum eschines
thesifontem accusans multa contra demosthene acerbe Rectorisset Respondens
ait hominibus a natura inest vt eos qui se laudant molestie ferant quia
tamen ad causam hanc defendendam oportet aliqua ad laudem meam dicere et
vita mea in publicum replicare non hoc culpe mee attribuendum est Sed illi
qui hanc necessitatem induxit vt me defendere nisi de me ipso sepe loques
non possem Sic ego licet sciam vt Aristoteles ait in iiijto ethicorum de seipsis
superhabundanter loquentes onerosos audientibus fore Quia tamen vt
Reuerendissima p v nouit qualitas cause petit vt de preminencijs xpianissimi
principis Regis Castelle et legionis siquidem dni mei aliqua referam que ad
intentum meum fundandum euacuandasque obiectiones illorum siqui sunt qui huic
veritati se opponere voluerint conferre videntur non hoc iactancie quasi principe
meum sedemque patrie mee Regiam vltro verbis extollere velim Sed necessitati
negocij Reuerendissima d v attribuere dignetur Dicam autem non indebitam gloriam
querens nec ad alienum honorem in aliquo minuendum sed quantum necesse est ad
dyadematis Regij Castelle eminenciam demonstrandum In primis etiam illud
adiungo quod xpianissimus Rex dns meus a deo mitis humilis et benignus est
et tanta virtute a diuina prudentia dotatus quod quantum ad personam suam attinet
nullatenus de sedibus disputaret memor illius doctrine euangelice dicentis

Omnis qui se exaltat humiliabit et qui se humiliat exaltabit luce xiiij^to Sed soli
sui Regi gloriam et honorem preponendere nec alij linquere non debet iuxta
illud ysa xlij gloriam meam alteri non dabo Et enim de concessiua gloria psone
i apli intelligi pt ne efficiam inanis glorie cupidi ad galat vj^to tamen
de dignitate honore recte assumi pt qd preceptu e ne des alienis honorem tuu
prouerb v^to similiter est qd Juris consultus docens psidem ait Ita ius reddere de
bet vt auctem dignitatem ingenio suo augeat ff de offi psi l obseruad
Ideo non ex cupiditate inanis Jactancie nec glorie mundane appetitu Sed
quia singulis honor debitus negandus non est vt lxxxxiij di c ecce
Ecce ad informacionem v pt reuerendissimam p dictam ea que secuntur sub pla
no stilo in disputacionibus consueto

Quoniam non ad populares sed ad peritissimos et doctissimos viros
loquor non superficialiter procedendum est sed radicem huius principii
tangere oportet et animaduertendum puto quod proprissime loquendo honor nulli
alij rei debetur nisi virtuti Nam honor nichil aliud e quam reuerencia
exhibita in signum virtutis qd aristo^l in j^o ethi^e probat ex eo quia homines
querunt honorari vt credant seipsos bonos esse Ideo a prudentibus querunt honorari
honorari et aput eos a quibus cognoscuntur et in virtute non quod honor sit premium
verum virtutis Et volgares homines dicunt Nam licet Aristot dicat in iiij^to
Ethi^e honorem esse premium virtutis non sic intelligendum e Sed interdum
dicitur premium quia homines non habent aliud qd dent tamen cum honor sit
quid extrinsecum et est in honorante potius quam in honorato vt Aristo d^t in
primo ethi^e parum premium esset pro virtute Ideo Aristo^l in iiij^to Ethi^e dicit
quod virtuti perfecte vtique non fiet dignus honor Sed quia inter ista mundana ho
nor est altius bonum qd homines possunt dare Ideo dant honorem virtuoso
quia non habent aliud melius qd dent vt ibidem Aristo ait Similiter est
quod Regibus quia reputantur excellentes in virtute vt preceptum est Regi quasi
precellenti i pe ij datur honor et gloria et principes qui hoc non conantur
isti fiant tiranni vt d^t Aristo v^to ethi^e Sed quia virtus e quid latens in
situm in anima Nam vt Aristo in ij^o ethi^e diffinit virtus e habitus elec
tiuus in medio consistens que ad nos determinata racione vt sapiens determina
bit non possumus cognoscere perfecte in alio an sit virtuosus vel ne Cum nec
in nobis hoc cognoscamus Nam nescit homo an amore uel odio sit dig
nus Et Eciam tristes ys quia eciam hoc committuntur multi errores et fraudes cum ali
qui credantur boni et non sunt Aliqui econtra Si enim scirennus e certo

aliquem esse virtuosum natura impendemus ei summum honorem Nam ut iuxta Senecam loquar iniquitas malicia adeo contra bonos mores prevalebit, quin philozophi nomen et virtuosi honorabile sit. Adeo coniectamus virtutem per aliquas coniecturas et indicia, et ubi sentimus vehemenciores coniecturas maioris virtutis ibi impendimus vel impendere debemus maiorem honorem

Nunc ergo ut ad propositum revertatur oratio. Inter ceteras coniecturas virtutis iiij^or reperio, que proposito nostro magis videntur convenire, que nos inducunt ad reputandum aliquos virtuosos et ad exhibendum eis magnum honorem. Prima est nobilitas generis. Secunda antiquitas temporis. Tercia eminencia dignitatis. Quarta reminiscencia beneficii recepti. Dixi primam coniecturam seu signum virtutis, cui solemus exhibere honorem esse nobilitatem generis, quod probatur Boecio dicente Si quid in nobilitate bonum id esse arbitror Solum ut imposita nobilibus necessitudo videatur ne a maiorum virtute degeneret in prosa vj libri 3. Ideo videmus nobilibus singularem honorem exhiberi Nam licet legatis sine litteris non solet fides dari, tamen propter nobilitatem ambaxiatoris admisit legatum sine litteris ut C. nobilissimi [illegible]. Et quia ut nobis dicitur sedi debite oratoribus excellentissimi principis Regis Castelle domini mei non est qui contradicat nisi Oratores Serenissimi principis Regis Anglie in prosecucione materie honorabo eum, non in detrimentum nec in aliquam diminucionem glorie sue, quod absit a me, scio enim eum magnificum Regem, et unum de notabilibus principibus mundi et propinqua linea consanguinitatis Illustrissimo Regi nostro coniunctum, et indubie teneo dominum meum Regem moleste laturum si verbum aliquod contra honorem eius a me laberetur. Sed honeste et decenter ut melius domini mei Regis eminencia servata fieri poterit materiam explicabo. Et nobilitas in hiis duobus Regibus potest considerari dupliciter. Primo per respectum ad personas eorum Secundo per respectum ad solia Regia que tenent. Secundum primam consideracionem non est insistendum Nam uterque eorum nobilissimus est, et lingua transiens in terra non debet os ponere in celum quod et si probacione non egeat, etiam potest probari sic Bar. in l. i. C. de dignitatibus lib. xij Dicit quod nobilitas est triplex theologica naturalis et civilis. Theologica est qua quis est acceptus deo, et sic quanto quis est sanctior, tanto nobilior. Secundum hanc nobilitatem naturalis consistit in virtute morali, et secundum hanc quanto quis est virtuosior morali virtute tanto nobilior. Sed de hiis duabus non loquor ad presens, quia soli deo cognite sunt, nec homines scire possunt quis est sanctus vel virtuosus secundum moralem virtutem ut supra dixi. Tercia que dicitur Civilis de qua ad presens loquimur quam communiter vocamus generositatem

diffinit p Bar. sic nobilitas est qualitas illata p principatu tenente p
qua quis ultra honestos plebeyos principi acceptus ostendit Et sic patz
q nobilitas civilis seu generositas habet ortu a principibus Si ergo nobi
litas descendit a principe ergo princeps ipse nobilior est Juxta illud propheta
Ego qui generationem ceteris tribuo sterilis ero Ysaie lx vi Cum ergo a Re-
gibus descendit omnis nobilitas civilis seu generositas ut ibi voluit Bar
Et quanto magis quis accedit ad sanguinem Regium tanto nobilior est Sequitur
q Reges tenent cacumen nobilitatis civilis cum ab eis ut a fontibus
rivuli nobilitatis descendunt adeo q etiam Regis ex utroque parente genitus
non est nobilis Regi quia non est tam coniunctus solio Regio Ideo nec debet
nec consueverunt facere arma Regia totaliter hinc est q faciunt differen
tias suas Sed dimittam hoc quia excedit propositum et etiam hac qualitate
omissa dominus meus Rex Castelle attento sanguine progenitorum suorum nobilissimus
est nam non solum descendit a Regibus Gothorum et a domo Castelle et Legi
onis sed etiam de genere omnium Regum hispanie quinymo omnes Reges yspanie
descendunt de domo sua descendit etiam de genere imperatorum Romanorum et
Grecorum ut patz in Cronicis antiquis et propinque de domo francie Na
ni cetera matrimonia que inter hos al has domos Castelle et francie fue
runt antiquis temporibus contracta fuit unum non magno tempore a nobis remotum
Nam fernandus primogenitus Alfonsi huius nominis decimi Regis Castelle
duxit uxorem filiam illius Lodowici Regis francorum qui Canonizatus
est p Bonifatium octavum et genuit ex ea Alfonsum qui dictus est de
la cerda qui fuit avus Regine Johanne uxoris Regis henrici secundi que
fuit proavia domini mei Regis Et sic dominus meus Rex descendit a lodowico
sancto et est constitutus in septimo gradu ab eo per lineam descende
tem Propinquissime autem descendit de domo Anglie nam est nepos Jo
hannis ducis Alancastrie qui fuit filius Eduardi ultimi huius nominis
Regis Anglorum ut omnibus notissimum est et dominus Rex Anglie similiter
magna nobilitate refulget nam non solum descendit de domo Anglie
sed etiam de domo francie tam approximate quam a Remotis temporibus et
aliorum ut credo Regum et principum et presertim de domo Castelle nam inter
has duas domos Castelle et Anglie fuerunt etiam matrimonia multa con
tracta Et inter ceteros principes Anglie Eduardus non iste ultimus sed
alius fuit nepos Regis Castelle ex filia genitus quam in monasterio
ubi...ste iuxta londoniensem Civitatem sepultam dicunt et narrant historie
istum Eduardum viventem patre venisse ad Sanctum Jacobum et sollempniter

fuisse receptu p alfonsu huius nominis Regem decimu Castelle auunculu suu
et per eu creatu militem in Ciuitate Burgen Et scdm hanc considera
tione nobilitatis no oportet loqui Nam utroque eorum nobilissimi e, et militie
huius consanguinitatis se tangunt / Secunda consideratio nobilitatis est per
respectu regni ad solu regnu Nam sicut singulares homines dicimus no
biles Ita Ciuitates et Regna dicimus nobilia Et sicut inter homines contingit
q vnus sit nobilis alter nobilior Ita et in Ciuitatibus et in Regnis excemit
pt vt aliud sit nobilius alio Nam qd iuris e de parte quo ad partem idem
iuris e de toto quo ad totum, ff de rei vendicatione l. que de tota, hijsdem
ergo propositionibus consideratis proportionabimus nobilitatem Regnorum
sicut proportionamus nobilitatem aliquorum Baronum, qd patet tam iure q
experientia Iure siquidem, q iuris consultus facit differentiam inter Ciui
tates nam aliquas vocat maiores aliquas maiores, aliquas minores vt ff
de excusatione tutorum l. si duas § est aut, Constat aut q maiores Ciuita
tes sunt nobiliores maioribus et minoribus, et dat maiorem immunitatem
vt ibi dicitur / et vt iuris consultus ibi ait vniuerso orbi e quemens illa dif
ferentia Experientia aut in aliis Regnis nescio quo se habeat Sed in
yspania manifeste hoc demonstrat Nam aliquae Ciuitates vocantur no
bilissime aliquae nobiles, alie no intitulantur titulo nobilitatis Dicimus
eni Ciuitatem Burgensem legionensem Toletanam yspalim que Seuillia
dicitur Cordubam nobilissimas Ciuitates, Zamoram Salamanticam Con
cham Segobiam et similes dicimus nobiles Alie vero q plures no in
titulantur titulo aliquo nobilitatis Similiter fit in opidis nam valem
oleti dicimus nobilissimum opidum qd yspani dicunt villa, alia no
intitulantur sic et hoc no fit a casu, sed determinatum e ab antiquo a regibus
nobilissimis et iustissimis causis, qualiter quaeque Ciuitas intituletur
et hic titulus no est superuacuus Sed inducit eis preminentias suas
Nam cum congregantur Curie generales nobilissime Ciuitates habent
primos gradus in sedendo et primas voces in loquendo obseruatis preminen
tiis suis alterius ad alteram, et sic in opidis Nunc ergo videamus qualiter
proportionetur nobilitas vnius Solius Regni ad aliud Nam certum e q omnia Solia
Regna sunt nobilia et in Regno suo impossibile e esse aliquem nobiliorem
Rege, nec est aliquem nobilem scdm nobilitatem Ciuilem vt dixi, sed ni
chil prohibet, q vnum Solum Regnum sit nobilius alio, Potest aut propor
tionari haec nobilitas scdm duas consideraciones, prima e consideratio

libertate antique Secundo presidenciarum in Regnis considerando in quo Regno fuerunt
ab antiquo presidentes maioris dignitatis Nam Regnum quod habet libertatem
antiquiorem et hunc presidentes altioris dignitatis dicitur nobilius alteris
et qui michi non crediderit audiat Philosophum qui in primo Rethoricorum probat
utrumque articulum dicens hec verba Nobilitas quidem igitur est genti et Civitati
sui iuris antiquos esse et hoc probat primam consideracionem Nam idem est esse
sui iuris quod est esse liberum et non subiectum alterius potestati ff. de his qui
sunt sui vel alieni iure l. i. et per totum et subiungit ibi Philosophus et presides
primos insignes produxisse et hoc probat secundam Sequitur ergo quod nobilitas
Civitatis seu Regni debet considerari istis duabus racionibus videlicet antiquita-
te libertatis et celsitudine presidenciarum antiquorum Veniamus ergo ad primam Re-
ges hyspanie quorum principalis primus et maior est Rex Castelle et legionis
numquam subditi fuerunt Imperatori Nam hoc proprium habent Reges hyspanie
quod non subsunt nec fuerunt subiecti Romano Imperio nec alteri Sed de fauci-
bus hostium erueunt Regna ut dicit glo. in c. Adrianus lxiij. di.
et Jo. an. in c. et si inter de donacionibus inter virum et uxorem ex presupposito
hec quod Reges Castelle et legionis non recognoscebant superiorem De An-
glicano solio non legitur hec prerogativa Nam non solum primus Rex Anglie
qui vocatus est Lucius Recepit Regnum a Romanis sub tributo ut infra
dicam sub articulo antiquitatis temporis Sed eciam ipse modernis temporibus omnes concordant
quod Reges Anglie habent Regnum in feudum ab ecclesia Unde Jo. an. in
c. Causa in ij. qui filij sint legittimi super verbo preterea dicit hec verba
hoc poterit esse verum tempore huius decretalis quo Regnum istud non tenebatur
in feudum a Romana ecclesia et non recognoscebat Rex Anglie superiorem
in temporibus sicut nec Rex francie hodie recognoscit in c. per venerabilem
Sed hodie secus esset quia postea tempore Innocencij tercij Johannes Rex
Anglie filius henrici maioris qui post Ricardum successit in Regno Richar-
do fratri suo Recepit ab ecclesia Romana totum Regnum sicut in Archiviis ecclesie
continetur quia Romana ecclesia ei contra Rebelles suos assistit et ad ipsum
iuvandum et manutenendum in Regno d. gallam in vercell. tunc Cardina-
lem misit legatum in Anglia specialem Et Innocencius in c. fi. de postu-
lacione prelatorum dicit quod Anglici Reddunt Ecclesie tot denarios quot sunt capita Item
Vincencius in Speculo historiali li. xxxi. c. xvij dicit hec verba Johannes
Rex Anglorum promisit deo et apostolis petro et paulo ac sancte Romane
Ecclesie ac domino pape Innocencio tercio eiusque successoribus totum Regnum

galia

Anglie, totumque regnum Hibernie cum omni iure et pertinentiis suis, pro remissione peccatorum suorum ac totius generis sui vivorum ac mortuorum, et fecit ac iuravit homagium pro predictis regnis deo et predictis apostolis et Innocentio pape tunc ut ea deinceps tamquam feudatarius ecclesie reciperet, ac tenet ab ipso papa eiusque successoribus ad cuius iudicium statuit ut de propriis redditibus predictorum regnorum pro omni servitio ac consuetudine salvo per omnia denario sancti petri ecclesia Romana mille marcas percipiat annuatim videlicet in festo beati Michaelis quingentas, et in pascha quingentas septingentas scilicet pro regno Anglie et trecentas pro regno Hibernie salvis sibi et heredibus suis iustitiis libertatibus ac regalibus suis Et sic patet quod regalis sedes et regnum Anglie non habent libertatem plenam ab antiquo sicut sedes et regnum Castelle Ergo concluditur quod solium regale Castelle est nobilius solio regali Anglie et liberius ab antiquo. Secunda consideratio sumitur advertendo in quo horum soliorum sederunt in antiquis temporibus principes altioris dignitatis Et non est dubitandum quod in utraque sede fuerunt notabilissimi reges, et in utroque regno sollempnissimi duces comites et barones et strenuissimi milites Sed tamen solium Castelle precedit solium Anglie in hoc quod in solio Castelle sederunt imperatores, quod non legimus de regno Anglie Et quod in istis antiquis debemus credere cronicis Nam ista antiquissima non possent aliter probari ut notat Bar. in l. i ff. si certum petatur et communis reputatio ipsa facit hec esse notoria ut notat Jo. fa. instit. de iure naturali. Ideo ad historias est recurrendum in quibus manifeste patet, quod tempore Gothorum multi ex principibus Yspanie se intitularunt imperatores et habebat sedem imperialem Toleti, et regebat universam Yspaniam et illam

galia partem Galie que Gothica dicebatur hodie dicitur lingua occitana usque ad Neumansum, et illud edificium magnum quod ibi est principibus Yspanie dicitur fabricatum et Bamba, qui unus ex imperatoribus fuit Paulum grecum in Neumasso rebellatem obsedit, cepitque et traxit vinctum ad Toletum ibique illum [illegible] Sed etiam ista antiquissima omittenda propter tempora proximiora reperiemus aliquos principes Castelle qui se imperatores nominaverunt Nam Alfonsus huius nominis septimus dictus est imperator Hyspanorum et hodie stant privilegia sua subscripta sub titulo imperatoris que non solum in regnis Castelle et Legionis, sed etiam in aliis regionibus reperiuntur presertim in monasteriis sollempnibus que habent aliquas grangias et monasteria visitationi sue subditas in Castella.

Nam principes yspanie magna privilegia monasteriis concedebant et predictum vidi apud valenciam sedam quoddam privilegium istius imperatoris yspa - niarum quod habet Abbas sancti Ruffi Et licet postea principes yspanie communiter se nominauerunt Reges et temperauerunt a titulo imperiali nichilominus tamen est verum dicere quod aliqui eorum fuerunt imperatores et cum imperialis dignitas sit alcior Regali sequitur quod aliqui maioris dignitatis sederunt in Solio Castelle quam in solio Anglie et per consequens habuit presidentes alcioris dignitatis ergo debet dici nobilius quod supradictum igitur elicitur et satis fundata videtur conclusio sequens

i conclusio

Prima conclusio

Licet illustrissima Castelle et Anglie Regalia Solia nobilissima sint tamen Regale solium Castelle nobilius est

Nec miretur aliquis quod in hac Conclusione et in sequentibus superlatiuo adiciam comparatiuum Nam ex duobus superlatiuis sepe vnum comparatiuum est videmus enim quod omnes Cardinales sancte Romane ecclesie Reuerendissimi sunt sed alter altero aliqualiter Reuerendior dici potest quia maior Reuerencia seu honor ei exhibetur secundum aliquas circumstancias prerogatiuarum quas non exprimo quia omnibus note sunt et non pertinent ad materiam et ex duobus beatis in patria alter altero beatior est secundum aliquam consideracionem vt notat sanctus Thomas i ii 2e q. v. articulo secundo Et sic ex duobus nobilissimis alterum nobilius non absurde dici poterit

Secunda coniectura virtutis cui honor exhiberi debet et solet est antiquitas temporis Nam in antiquis presumitur virtus sapiencie iuxta illud. Sperabam enim quod etas prolixior loqueretur et annorum multitudo doceret sapienciam Job xxxii^o et antiquitati prestanda est Reuerencia vt c. i de quarto de translatione et antiquiores preferuntur in sede vt in c. i. de maio et obe et hinc est quod iurisconsultus ait Semper in Ciuitate nostra senectus venerabilis fuit et maiores nostri pene eundem honorem senibus quem magistratibus tribuebant vt l. Semper ff. de iure immunitatis et eschines esthines in oratione contra thesifontem dicit quod apud Athenienses quinquagenarii et senes primo loquebantur et in hoc nostro apparet auctoritas tradiciue nam manifestum est quod anti

tiquitati reuerentia debetur. Scriptum est enim coram cano capite consurge et honora
personam senis. Leuitici xix. Et istud profundius in hoc proposito videatur. In
hiis duobus regibus potest considerari principaliter duplex antiquitas. Prima quoad
respectum ad solia regalia que tenent. Secunda est quoad respectum ad personas ipsorum
dominorum regum. Item prima consideratio potest subdiuidi et attendi dupliciter. Primo
considerando antiquitatem per respectum ad primum ortum et ut ita dicam ad generationem
regnorum seu sedium regalium. Secundo habendo respectum ad regenerationem videlicet ad
tempus illud in quo solia hec regalia seu regna susceperunt fidem catholicam.
Quantum ad primam considerationem est aduertendum quod in yspania, et in illa parte
yspanie que Castella dicitur fuerunt reges ante primam destructionem Troye.
Nam Hercules magnus, qui fuit in prima destructione Troye temporibus Lame-
dontis regis ante tempora Priami venit in yspaniam et habuit prelium campestre
cum Gerione rege yspanie, immo ut specialius loquar Castelle. Nam iste Ge-
rion erat tunc rex trium regnorum videlicet Lusitanie quam nos dicimus Extre-
maturam et Betice quam nunc dicimus Andaluziam et Galecie, que ho-
die durat in nomine suo, que omnia sunt de dominio domini mei regis, et Her-
cules deuicit eum et posuit regem yspanum, a quo yspania dicta est et hoc
est antiquissimum. Nam ab urbe condita usque ad aduentum saluatoris fluxerunt
anni septingenti et quindecim, et a euersione ultima Troye usque ad funda-
tionem urbis fluxerunt quatuorcenti quinquaginta iiijor anni et ante illam
destructionem ultimam Troye fuit Hercules bene per centum annos, et ante Her-
culem fuerunt reges in yspania, et sic a Gerione rege yspanie, immo ut
proprius loquar rege Castelle, quia in illa parte que Castella dicitur regnabat
usque ad presentem diem fluxerunt anni duo milia, et sexcenti et tres.
et etiam plures et ante illum Gerionem non dubito quin precesserunt alii re-
ges, licet non habeamus eorum nomina propter nimiam antiquitatem, et sic regnum
Castelle est de antiquioribus regnis mundi. De solio regali Anglie non
reperitur procul dubio tanta antiquitas. Nam ut ex historiis que faciunt mentionem
de ortu Anglicani regni, colligere potui triplex ortus solii regalis
Anglie potest considerari. Primus incepit a quodam duce Colocestrie in
hunc modum, Choel dux Colocestrie expulit ab Anglia quendam tirannum
qui dicebatur Asclepiodotus et se in regem Anglie sublimauit. Contra quem
fuit per Romanos missus Constantius senator, cum quo concordauit
Choel, quod remaneret sibi regnum Anglie soluendo Romanis tributum, et iste
Constantius fuit pater Constantini quem genuit ex Helena que ut dicitur

fuit filia istius thoel primi Regis Anglie, et sic Regnum Anglie secundum istum respectum
habuit inicium circa annum domini trecentesimum, et incepit sub mero tributo et
sic verissime non potuit tunc vere dici Regnum. Nam Regnum de sui proprietate
vocabuli importat quandam liberam superioritatem ut manifeste patet per aristotelem in iij°
politicorum. Secundus ortus est habendo respectum ad Saxones, qui occupauerunt
Angliam temporibus Gregorii primi ut infra in secunda parte considerabimus antiquitatis
dicte, et sic ceperunt primi Reges, et hoc fuit circa annum domini sexcentesimum
vicesimum quintum, et sic ab hoc secundo ortu Regni Anglie fluxerunt fere octingenti
anni. Tertius ortus est habendo respectum ad illos Reges, unde moderni Re-
ges anglie descendunt. Nam sciendum est quod post predicta iterum cessauit linea
Regni Anglie, et incepit Regnum a duce normanie hoc modo. Rollo primus dux
Normanorum qui fuit baptizatus et vocatus Robertus ex nomine Comitis
parisiensis patrui sui Anno domini Nongentesimo duodecimo genuit Guiller-
mum et Guillermus genuit Richardum et iste Richardus genuit alium Ri-
chardum, Et Richardus secundus genuit Robertum, et Robertus genuit Guiller-
mum notum, et iste Guillermus notus dux Normanorum qui fuit septimus
a primo duce qui fugauit heraldum Regem Anglie, et se in Regem subli-
mauit, et iste statuit leges nouas, et quod in Gallico fierent contractus et
induxit magnam nouitatem in Anglia, et ab isto descendunt Reges Anglorum
moderni, fuit autem hic Guillermus tempore Gregorii vij^mi^ circa annum domini millesimum
sexagesimum sextum, et sic ab isto tercio ortu Regni Anglie fluxerunt quasi
trecenti et septuaginta anni. Sequitur ergo quod solium Regni Anglie est
satis recedens per respectum ad solium Regni Castelle. Nam secundum primum ortum
fuit quasi mille et centum anni, et a secundo ortu sunt quasi octingenti anni
Et secundum tercium ortum sunt quasi trecenti et septuaginta anni. Ab ortu autem
Solii Regii Castelle fluxerunt plusquam duo milia et sexcenti anni. Cer-
nat ergo vestra Reuerendissima paternitas quam antiquissimum est solium Regale Castelle et
quam inequalis proportio est antiquitatis solii Anglicani ad solium Castelle.
Secundo possumus considerare antiquitatem horum Regnorum per respectum ad
Regenerationem, et secundum hanc considerationem est manifestum est solium Regnum
Castelle esse antiquius quod probatur scripture autenticis. Nam vincentius libro
viij c. vij dicit hec verba. Apostolus Iacobus diuisa cosmi climata adeuntibus intu
dei, Iacobus hiberiensis a pulsus verbum dei predicauit intrepidus. ubi
septem discipulos elegisse fertur scilicet Torquatum secundum videlicet thesiphontem
Eufrasium tercium, ysithium, quorum collegio lolium extirpare ac tellurem
diu sterili semina verbi dei committere. Cumque dies immineret supremus.
Ierosolimam tunc eis precepit, ibique martirium subiit. Cuius corpus

discipuli eius nocte rapientes propter timorem Iudeorum nam imposuerunt et sepulturam divine
providentie committentes duce angelo galeam appulerunt, et exeuntes de portu po
suerunt corpus eius in quodam loco, et pergentes ad quandam feminam viduam dominam
loci istius nobilem, sed paganam dixerunt ei, Dominus Ihesus Christus mittit ad te corpus
discipuli sui ut quem noluisti vivum suscipere suscipias vel defunctum, et narrantes
miraculum qualiter sine remigio illic pervenissent locum illum ubi prius eum posuerunt
ad eius sepulturam petebant, at illa dolosi animi et ferocis dixit eis, se libenter
concedere quod petebant, si tamen regis yspanie assensum haberent, pergentes ergo
ad regem benigne obtinet Sed post paululum iratus et penitus premissi penitens iussit
abeuntes insequi, et necari, et cum pontem transissent insequentes eos milites
irruente sub eis ponte in flumine submersi sunt, quod audiens rex ut dicit magister
Johannes beleth fertur sibi sibi timens misit ad eos rogans ut securi ve-
niret et quod promiserat obtineret, Illi ergo redierunt et ad fidem Christi rege
cum populo converterunt hec vincencius, legitur etiam in officio sancti Jacobi hec
verba per cuius saluberrima predicationem totius plebs yspanie suum cepit agnoscere
nostre redemptorem Et istis legendis standum est, cum in ecclesia publice cantentur
et sunt iam reducta in communem opinionem que facit ius Juxta l. barbarius
ff. de offi. pretorum Item idem vincencius li. xv. c. xxxvii dicit hec verba
Sanctus quoque Eugenius episcopus socius beati dionisii fuit primus aquo toletanis ad
predicandum destinatus postque multitudinem populi terrabaicam ad deum converterat
nimio desiderio videndi beati dionisium succensus iter arripuit hec vincen
cius Constat autem quod dionisius fuit temporibus pauli apostoli, et sic toletana
Civitas et ipsi incipiens susceperunt fidem eodem tempore, Sic etiam inferre non
omittam illud quod scribit Nicolaus de lira super verbo apostoli proficiscar per vos
in yspaniam ad romanos xv dicens sic ex hoc videtur quod paulus in ys
pania predicaverit, cuius contrarium videtur dicere decretum, ~~xx d~~ Si
di c quis nesciat s. quod de apostolis solus petrus docuerat in hiis provinciis
ytalia Gallia yspania Affrica, et cecilia, propter quod dicunt aliqui, quod paulus pau
lus predicare in yspania disposuit supposita dei voluntate sic, dicitur hic propter
quod vere dicit hic ibi non fuit impedimento superveniente Alii vero dicunt quod
in yspania predicavit, et hoc dicit ysidorus in libro de ortu et obitu sanctorum
Idem Jeronimus in libro Illustrium virorum quod paulus in prima satisfactione
a nerone dimissus in occidentalibus partibus predicavit, ad decretum autem
respondent aliqui, quod non negat simpliciter paulum in yspania, et aliis dictis
provinciis predicasse, sed dicit quod hoc non legitur, Sed contra hoc videtur quod dicitur
Actuum ultimo paulum rome biennio fuisse, et ibidem disputasse et docuisse, que
tamen est ytalia de qua loquitur decretum, sicut de yspania, propter quod aliter

pt dici, q intencio decreti e, q nullus predicauit vel ecclesias instituit in dictis
prouinciis nisi de eius ordinacione et missione et hoc modo paulus paulus
in ytalia et yspania predicauit hec dicit nicolaus Bene tamen verum e
q vlt hoc decretu qd ipe allegat, est aliud qd videtur facere con, videlz c.
btus xxij q ij qd innuere videtur paulu no iuisse in yspania, sed potest
dici, quod illud intelligitur de illo tempe in quo se dixit iturum, quia fuit preuentus
aliis occupacionibus, sed tamen forte postea iuit, et induci debemus ad in
telligendu sic decretu illud, quia nicolaus affirmat paulu iuisse in yspania
presertim cu habeat auctoritate ysidori, de ortu et obitu scorum cuius originale no
vidi, qr sed dicit eu scripsisse q paulus a iherosolimis vsqz ad illiricu ytalia
et yspania processit, quidqd autem de paulo dicatur, et licet de eo an iuit ys in
pania vel ne dubitetur sufficit tamen qd de iacobo et certissimu discipulis
eius certissimu est, et etiam de eugenio martire et vltra hoc habemus de
paulo hos testes quos supra dixi ysidoru et nicolau, et sic racionabiliter
dici pot qd tempore aplorum suscepit yspania verbu dei Item Martinus
in Cronica sua ait q Siluester in niceno concilio osio epo corduben
ab yspania et victori ab ytalia vices commisit aplicas ex quo satis probabiliter
credendu e q a magno tpe citra erat fides suscepta in yspania, ad quod ea
erat presidens in tanto concilio epus yspanie, et ad hoc infinite historie
possent allegari sed causa breuitatis omitto, De anglicis vero plusqz mani
festu e q longis tpibus post susceperunt fidem catholica, qd patz per croni
cam in pluribus locis, et quia superfluu esset omnia hic inserere sufficiat dicere
que scribit vincencius li. xxiij c. xj narrat q Gregorius papa misit Au-
gustinu no sanctu doctorem, quia ille ante illa tpa fuit Sed aliu Augus
tinu qui fuit epus Anglorum vt habetur in pluribus decretis cu aliis ad predi
candu in angliam, et dicit hec verba Serui dei mellitus Augustinus et Jo
hannes ad eandem insulam directi cu multis aliis deu timentibus monachis
intra breue tpis spaciu Regem illu qui in capite insule inhabitur
cu suo populo conuerterunt et factu e, vt paucis elabentibus annis, etiam
ceteri Reges eiusdem insule cu his qui erant eis subiecti accederent ad
fidem xpi, De cuius gentis conuersione simul et miraculorum prodigiis que
ibidem fiebant btus Gregorius in libro moralium perhibet dicens Ecce
lingua Britanie que nil aliud nouerat, quam barbare frendere iam
dudum in diuinis laudibus hebrea cepit verba resonare Ecce q dum tumi
dus iam subactus sanctorum pedibus fuit occeanus, qd totu vt fieret ita
cu bto Gregorio dei gra concessit vt merito ab Anglorum populis debeat
Aplus appellari hec Vincencius Item Martinus concordans in

hoc narrat, quod Anno xiiii° Mauricii imperatoris qui fuit circa Annum domini
Septingentesimum vicesimum quintum beatus Gregorius misit in Angliam Augus-
tinum monachum pro conversione Saxonum qui de novo Britaniam fortiter inva-
serant, ut et in hoc volumine historias. Nam textus est manifestus in c. Si gens in
principio lxvi di. et xxxii q. v quia tua et xxxv q. iiii c. quod scripsi ut ex ipso
dicit Gregorius, quod Gens nuper Anglorum nuper fuerat conversa. Ideo permissa
est eis in gradu prohibito lege canonica contrahere matrimonium ut ibi patet, et
apparet hoc manifeste ex legendis sanctorum. Nam ut legitur in legenda undecim
milium virginum Rex Anglie erat paganus et petebat in uxorem pro filio
suo Ursulam virginem catholicam filiam Regis Britanie cismarinum, et hoc
fuit Anno domini quadringentesimo quadragesimo secundo. Et sic longe post
Hispaniam suscepit Anglia fidem catholicam, nec hoc dicimus minuendo
gloriam eorum tamen ex hoc designandi non sunt licet tarde fidem reciperent
quia sunt c. eam te de Respiciens. Sed cum iam dominus Rex Castelle habebat
locum suum in Ecclesia dei iniustum esset ut Rex de novo veniens preponeretur
et in sede iam quesita, sed debet contentari in sede Regia post eum.
Nec obstat si forte dicatur, quod Vincencius et Martinus narrant, quod temporibus
Eleutherii pape, Lucius Rex Britanie fidem suscepit, quia illud non facit
contra propter tria. Primo quia illud potest intelligi de alia Britania que est citra
mare, et fundatur hoc per tanto, quia ut dicitur in catholicon, quando dicimus
Britania sine aliqua alia adiectione intelligitur de Britania citramarina
ubi tunc forte fuerunt Reges. Nam Anglici non Britones, sed Britanni
dicuntur, et potest bene fundari hec solutio per dictum eiusdem Martini histo-
riagraphi sub Mauricio imperatore, qui cum dixisset de conversione
Anglorum adiecit hec verba Nam Britones de quibus adhuc Galenses re-
manserunt ab Eleutherio papa diu ante conversionem fuerunt, et sic patet
quod illud quod dicitur de temporibus Gregorii intelligitur de Britanis, qui et An-
glici dicuntur. Illud vero quod dicitur de temporibus Eleutherii intelligitur de
Britonibus britonatibus seu Galensibus. Secundo potest dici quod et
si de Anglicis esset intelligendum quod non est adhuc inde tempore reperientur
posteriores. Nam Eleutherius papa fuit circa Annum domini Centesimum oc-
tuagesimum quintum, et sic Hispani precesserunt per Centum et viginti annos
et ultra. Tercio etiam dici potest quod tota illa gens que tunc erat in Anglia
fuit expulsa per Saxones qui erant infideles, et receperunt fidem temporibus
Gregorii pape et Mauricii imperatoris ut patet in Cronicis. Non ergo sunt
tempora computanda a gente prima que totaliter expulsa est sed a tempore
Saxonum qui Angliam occupaverunt et de quorum gente descendunt

Anglia et oportet vno de istis modis primo vel tercio intelligere alias directe esset contra textum decretorum supra allegatorum / distinguenda ergo sunt tempora vt concordentur scripture / et textus iurium defendi oportet vt l. vnica C de in officiis do. / quod si forsan aliquis contenderit assensus hec dicta esse contraria contra se ipsum concludet nam si contraria sunt standum est dicto Gregorii qui fuit vnus de sanctis doctoribus et papa / potius quam Innocencii vel martini oppinioni cum hec fuit inclusa in corpore decretorum vt di. xx in prin.° Secunda principalis consideracio antiquitatis est considerando illam per respectum ad personas horum dominorum Regum Et licet huic consideracioni non insistam cum dominus meus Rex habeat preeminenciam propter sedem solum Regalem et nec oportet allegare antiquitatem suam cum etiam si in ipsa in cunabulis esset deberet preferri Sed tamen vt omnia comprehendamus et nichil omittatur etiam sit consideata antiquitate excellit Nam ista consideracio potest haberi dupliciter / primo per respectum ad etatem horum dominorum Regum ~~Et licet huic consideracioni non insistam cum dominus meus Rex habeat preeminenciam propter sedem Regalem solum habet nec oportet allegare antiquitatem suam cum etiam~~ / Et sic considerando clarum est quod precedit dominus meus Rex dominum meum Regem Anglie Secundo per respectum ad tempus in quo Regnare cepe[ru]nt sicut solet considerari in prelatis / nam precedunt ante promoti attento tempore in quibus ordinem susceperunt di. xvii. §. si vero. / et secundum hunc respectum constat quod dominus meus Rex Castelle est antiquior in Regno domino meo Rege Anglie / nam sicut viginti · octo anni quibus diuina clemencia Regnat / dominus vero Rex Anglie incepit Regnare a duodecim annis citra / et sic concluditur manifeste / quod quacumque consideracione antiquitatis habita / dominus meus Rex Castelle precedit dominum Regem Anglie / ex quibus omnibus elicitur et fundatur sequens / secunda conclusio

2a conclu.

Secunda conclusio

Licet inclitissime Regales sedes Castelle / et Anglie antique sint / tamen Regalis Castelle sedes / tam a primo ortu quam a Regeneracione longe antiquior est /

Tercium quod inducit coniecturam et presumpcionem virtutis et atrahit nos ad honorem exhibendum est eminencia dignitatis / nam quanto dignitas est eminencior / tanto presumitur maior virtus / ideo debet ei exhiberi maior honor / et tunc non attendimus antiquitatem temporis vt di. xvii. c. placuit · Et licet in casu presenti vtraque dignitas sit Regia et videatur equalis / tamen possunt considerari duo propter que dignitas Regia Castelle potest dici eminencior Ad cuius clariorem intellectum animaduertendum est quod vt secundum philosophum apostolum loquar tanto honorabilior

est principatus, quanto honorabilior sunt est quod supra Justinianus dicit, quanto quilibet
preest melioribus tanto maior et ipse et honestior est, in autentica de defensore
civitatum § nos igitur, coll. iii, nam licet potestas regalis sit a deo, tamen per
ministerium populi incepit regnum, ideo cum jurisconsultus de potestate imperatoris
loquitur dicit lege regia, que de imperio eius lata est, omne imperium, et in
eum populus transtulit ff. de consti. prin. l. j in prin. Sed quia quia hec materia
profundissima et latissima est, hic illam non inculpabo, sed hoc solum sufficiat
dicere, quod cum a deo per ministerium populi inceperint regna racionabiliter sequitur quod quanto
populus maior est, et differentior pulcrioribus differentiis et terra latior tanto est
eminentior et honorabilior principatus, quod satis patet sine probatione, sed etiam per
bai pro presenti sacram scripturam dicente ore Salomonis in multitudine populi dignitas
regis prov. xiiij, et Aristo in j rethorice inter ceteras res quas commendat annumerat
has dicens multitudo terre, villarum possessio, et multitudine et magnitudine et
pulcritudine differentium. Videamus ergo has, et reducamus eas ad duas species
ne in incertum vagemur et sunt hee. Prima est latitudo terre, et multitudo
civitatum et terrarum villarum seu opidorum et hoc est quod dicit Aristoteles multitudo
terre villarum possessio. Secunda est pulcra differentia terrarum et gentium
et hoc est quod sequitur multitudine et magnitudine et pulcritudine differentium.
Quantum ad primam videlicet quod ad multitudinem terre et villarum possessionem attinet, constat
quod regnum Castelle cui preest dominus meus rex est longe latior terra, et in
ea est et civitatum et opidorum et villarum maior numerus quam in anglia, quod
manifestum est cuilibet ex illis qui utrumque regnum viderunt. Sed quia affecto
nec homines propter diversas affectiones variantur, non curemus in hoc adducere
testes, sed probemus per scripturas autenticas et narrat Johannes in catholicon
et omnes quotquot de divisione terrarum scripserunt, quod in yspania habet provincias
sex videlicet Terraconem, Cartaginem, Lusitaniam, Galiciam, Bethicam, et transfretum in regione Affrice, ex quibus quatuor integre scilicet
sub dominio domini mei regis, videlicet Cartaginem, Lusitania, Bethicha
et Galecia, et etiam habet transfretum maris mediterranei. Nam ibi habet
bet tarifam minimissimam, et certum est quod in longitudine que incipit a loca
que est prope Almeriam civitatem regni granate et durat usque ad finem
Galecie sunt xxv dicte legales, et in latitudine que est a tarifa usque
ad opidum fontis rabidi quod est prope Baionam aquitanie sunt bene xxv
diete, et sic potest dici aliqualiter quadratum, licet propter paludibus non equaliter quantum
ad totum orbem sicud de salvatore scribitur, nec profecto de domino summo et eterno gloria
est dominium sed temporali et transitorio quod durat a mari usque ad mare, et

a flumine usque ad terminos orbis terre. Nam a Cartagine et regno Murcie quod est
ad mare mediterraneum usque ad Vizcayam et Galleciam que sunt ad litus maris
occeani, et ab ybero flumine quod diuidit yspaniam ulteriorem a citeriore usque
ad opidum quod re et nomine dicitur finis terre ubi est ultimus finis occidentis, omnia
sunt subiecta diademati suo. Anglia vero licet sit notabilis insula nam
dicitur alius mundus et gloriam quandam mentibus gloriosa, non tamen sunt in ea totidem prouincie
nec tam late quod et si notissimum sit, tamen ut supra proxime dixi nolo adducere
testes, sed per scripturam possumus demonstrare totam dimensionem Anglie. Ait
enim ysidorus libro xiiii ethimologiarum, quod circuitus Anglie est quadragies octi-
es et septuagies quinque milia, et sic habet in circuitu quasi septuaginta et septua-
ginta miliaria, viginti autem miliaria faciunt dietam legalem ut l. i ff. si
quis cautionibus. Sunt autem viginti miliaria quinque septem leuce, et due tercie unius
leuce de leucis yspanie et sic viginti leuce yspanie faciunt tres dietas
legales. Sunt ergo in circuitu Anglie triginta et tres diete legales vel
quasi. Et cum secundum geometros tercia pars spacii quod habet figura circularis in
circumferencia circuli deducendo ab eo vicesimam secundam partem est spacium longitudinis
diametri. Sequitur quod longitudo Anglie habet decem dietas legales et
dimidiam vel quasi, que sunt tercia pars triginta et trium dietarum quas Anglia
habet in circuitu deducendo ab eis vicesimam secundam, que est dieta et media
secundum doctrinam geometricam. Cum ergo regnum Castelle habet in longitudine
triginta dietas legales vel quasi, sequitur quod diametrum seu longitudo
regni Castelle excedit diametrum seu longitudinem Anglie in triplum, et
sic regnum Castelle est tante magnitudinis quod in eo essent tres Anglie, ymmo amplius multo
dici posset secundum regulam geometrie, sed ad presens hoc dixisse sufficiat.
Nec etiam illud preterire volo quod regnum Castelle tangit tria climata mundi
Anglia vero extra septem climata est. Nam licet illa particula Anglie que
versus Galliam est forte tangit ultimam partem climatis septimi, sed tamen
maior pars Anglie extra septem climata est, quo ergo prouincia quam antiqui
nomine in septem climatibus non posuerunt, et que potest dici quod tercia pars
regni Castelle vult se preferre regno quod tantam multitudinem prouinciarum habet
tantumque magnum climatum tangit. Quantum ad secundum de pulcra differencia gen-
tium regnum Castelle excedit Angliam manifeste. Nam sub dicione domini
mei regis sunt diuerse naciones, et diuersa ydiomata et diuersa genera armorum
guerre, tam per mare quam per terram, et enim Castellani Galleci Vizcaini diuer-
se naciones sunt, et diuersis prorsus ydiomatibus utuntur. Ad bellum autem
nauale dominus meus rex habet naues et galeas ad bellum terrestre milites
quos homines armorum seu armigeros vocamus notabilibus equis et fortissimis

armis munitos habet etiam ginetarios qui armis arabicis utentes inhabili velo-
citate hostes insequuntur, et per fundas hostium pugnantes praemissis pastatis ad acie-
armatam fecerunt In Anglia vero non sunt tot nationes nec tanta et pulcra terri
differentia provinciarum et dominus Rex Anglie licet habeat naves non habet galeas ad
classem seu ad bellum navale et licet ad bella terrestria habet milites communiter
armis utentes non tamen habet ginetarios, et sic maior potentia et pulcrior
differentia gentium et terrarum est sub domino meo Rege Castelle quam sub domino Rege
Anglie, et sic honorabilior principatus et eminentior dignitas filii eius ergo ma-
ior honor ei debetur Tertio mundi pulcrone et magne Curie sue Nam cum pace
et reverentia omnium principum loquens dicere possem quod intra orbem nobis notum non
est curia alicuius principis que sine aliquo strepitu belli tanta multitudine
prelatorum et Comitum et Baronum aliorumque nobilium, et tanto concursu gentium
et provinciarum frequentetur Ultra hec etiam non possem continere quin duas ratio-
nes adiungam, quarum prima est habetur de similibus ad similia argui posse manifestum est
ut ff. de legibus l. non possunt Constat autem quod urbis appellatio muris
finitur, ut ff de verborum significatione l. ij. ergo et orbis appellatio muro suo finiatur
Nam de orbe ad urbem medium arguitur l. xxxxiiij di. c. legimus. miras
autem orbis terrarum mari occeano est, quod patet ex eo, quia sphera aque tenuit
spheram terre et sic insule que sunt in occeano non sunt proprie intra murum orbis
brare, sed sunt quedam suburbia, non loquor nunc de insulis maris medi-
terranei, quod intra terras est, sed de insulis occeani mare, quod se habet ad terram
sicut murus ad Civitatem, ergo Anglia que est insula mare occeani se habet
ad orbem sicut suburbium ad urbem, Manifestum est autem quod urbs est quid
principale, et suburbium est accessorium, et appellatio urbis stricte sumpta
non comprehendit Suburbium licet mediocri quadam equitate extenditur
ut c. Si Civitas de sen. ex. in vjto. Sicut ergo ratio dictat, quod legati urbis
preferantur legatis suburbii Sic et dictare videtur ut legati Castelle que
habet rationem partis suburbii per respectum ad urbem Et licet hec ratio satis
probata consistat ne tamen dicatur quod non habet fundamentum auctoris expresse ad
maiorem corroborationem probatur per dictum ysodori, qui in xiiijo libro Ethi.
dicit de Anglia quod quod est intra occeanum interfuso mari quasi extra orbem
posita, et allegat virgilium dicentem, toto divisos orbe britanos Item in
libro xiiij dicit hec verba Britania occeani insula interfuso mari toto
orbe divisa, patet ergo quod proprissime loquendo extra orbem est, et sic quasi
quoddam suburbium orbis ut dixi. Secunda ratio est quod super omnes

Reges deus est imperator et plusquam imperator Nam de illo scriptum est Rex regum et dominus
dominancium Apocalipsis xix° Sed constat quod quando aliqui sunt constituti in pari dig
nitate sub imperatore ille preferetur in sedendo qui bellum aliquod de mandato im
peratoris actu gerit ut C. ut ordo dignitatum seruetur l. ii. § fi. Ergo sequitur quod
quod regibus equalibus ille preferatur in sedendo qui bellum dei actu gerit, tunc
sic bellum quod geritur contra infideles dicatur bellum domini, quod patet de Iuda machabeo
et aliis qui debellabant Iudeos paganos et infideles, Nam bellum illud
gratum erat deo, et leo papa ait, omni timore ac terrore deposito contra inimicos
sancte fidei et aduersarios omnium regionum religionum agere viriliter studete
nouit enim omnipotens deus si quilibet vestrum morietur quod pro veritate fidei, et saluatione
patrie, ac defensione christianorum mortuus est, ideo ab eo celeste premium consequetur
xxiii q. viii c. omni Et sic papa vice dei ortatur ad hoc bellum, manifestum est enim
quod dominus meus Rex Castelle continue gerit bellum cum paganis et infidelibus
et sic est actu occupatus in bello domino mandato summi imperatoris qui est deus,
dominus vero Rex Anglie, licet bellum gerat non tamen est bellum domini, Nam licet de
iusticia illius belli ad presens nichil dicamus, deus nouit an iustum an iniustum
ve sit Sed hoc indubie dicere possumus quod non potest dici bellum domini quia nec est contra
infideles nec pro exaltacione fidei catholice nec pro extenssione finium christianorum
sed geritur aliis de causis Ergo concluditur quod etiam si equalis esset eminencia dig
nitatum Corone Castelle et corone Anglie quod non concedo ut dixi, tamen dominus
Rex Castelle est preferendus in sede, tamquam actu gerens bellum dei, ex supradictis
ac elicitur tercia conclusio que est hec

Tercia conclusio

Licet serenissima Castelle et Anglie regia diademata eminentissima sint
tamen regnum Castelle diadema eminentius est

Quarta causa que nos inducere debet et solet ad exhibendum honorem
est reminiscencia beneficii recepti Certum est enim quod honorem solemus et debemus
exhibere hiis a quibus beneficia habemus ideo parentibus obligamur, quia ab
eis primo quam ab aliis beneficia recepimus Nam ab ipsis est deum esse nun habe
mus hinc est quod scriptum est, honora patrem tuum et matrem tuam ut sis longeuus
super terram exo. xx° et thobias ait honorem habebis matri tue omnibus
diebus vite eius, et sequitur memor enim debes esse que et quanta pericula
sit passa propter te in vtero suo thobie iiii^to, patet ergo quod memoria beneficii
recepti est causa sufficiens ad honorem exhibendum Sed supernaturam puto

hec aliis auctoribus comprobare, cum iura divina et humana et naturalis ratio, et quod superius concordat, quod benefactoribus nostris bene faciamus et honorem impendendo respondeamus. Si ergo beneficiorum recepti memoria est causa sufficiens honoris impendendi, sequitur quod illi maiorem honorem impendere debemus a quo maiora beneficia recepimus. Hinc est quod deo summus honor debetur, non solum quia summum bonum est, sed quia ab eo summa beneficia cotidie recipimus. Nunc ergo ne in hoc articulo plus quam vagemur quia notissimum est, ad propositum descendamus, ecce in conspectu ecclesie universalis sumus, videamus ergo a quo istorum duorum sociorum regalium Castelle et Anglie ecclesia maiora beneficia recepit et recipit. Ut illi maiorem honorem exhibeat. Nec hoc verbum beneficium quisquam arrogantie attribuat nam beneficium dicimus secundum actionem benivolam que gaudium tribuit capienti, et ipsa gaudium tribuit capit tribuendo. Luce autem clarius est quod etiam sumus ut dat beneficium domino suo et filius patri suo, ut late Seneca prosequitur in libro de beneficiis et videmus quod ecclesia continue orat pro benefactoribus suis. Iter initia ergo exhibita ecclesie pro beneficio computemus, et credo quod hii duo domini reges et progenitores sui multa et insignia beneficia dederunt ecclesie. Nec posset quis faciliter enarrare quot ecclesie cathedrales erecte, quot monasteria constructa quot donationes facte sunt ecclesiis in yspania a gloriosis progenitoribus domini mei regis, et a persona sua, similiter etiam non dubito quin a dominis regibus Anglorum et a domino rege qui nunc est, multa et insignia beneficia sunt collata beneficiis ecclesiis. Ideo in hiis propositio non est similis. Sed dimittendo particularia remaneamus ad universalia, et duo indubie occurrunt manifesta in quibus notissimum est quod domini reges Castelle exhibuerunt maiora beneficia ecclesie et exhibent quam domini reges Anglie, et sunt hec duo de illis principiis propter que hoc sanctum Concilium congregatum consistit. Primum est in extensione honoris ecclesie et exaltatione et dilatatione fidei, et eradicatione illius maledicte illius secte machometi nam unum exceptis quod per ecclesiam desideratum est ut pagani et barbare nationes vel convertantur vel opprimantur, et propter hoc orat sollempniter et specialiter in die veneris sancto. Constat autem quod domini reges Castelle qui pro tempore fuerunt, et dominus meus rex post eos continue insudarunt et insudat ad hec complenda pugnando cum arabibus sine intermissione ut notorium est, et super [illegible] in articulo proximo tetigi, et concordat hoc cum prima causa comitatu convocata generalis huius sancte synodi que est de extirpatione heresum, sed ne forsan generaliter loquendo videamur minus certitudinis prestare, quia ea que notabiliter fiunt nisi specialiter notentur videntur quasi neglecta vel. Item aput Lab[e]onem per hoc editum ff. de quib[us] [illegible]. Ultra hec generalia vindica specialia

speciale ymo specialissimum, quod notorium est, et cuilibet intuenti patet. Certum est quod ordi
nes militares ad inventi sunt ad dilatandum fidem, ad resistendum illam impug
nare volentibus. Hii autem ordines numero et potencia habundant in Castella. Nam
ultra illum ordinem hospitalariorum cuius magnus prioratus est in regno Castelle, sunt
alii tres ordines militares notabilissimi, videlicet sancti Jacobi de spata, de quo in
c. veniens de voto signanter in vj.ª (?), et Calatrave, et Alcantare, habundantes reddi
tibus, quorum quilibet habet magistrum et milites in magno numero bellatorum conti
nue bellantes paratissimos ad bellum arabicum, et sic sub fide catholica ad tres pla
gas orbis mirabili ordinacione divina sunt deputati ordines militares, ad plagam
orientalem magister Rodi et milites hospitalarii, ad septentrionem magister prussie
et milites prutenii, contra meridiem et illum machometum qui recte post diabolum de-
monium meridianum (?) hii tres ordines sancti Jacobi, Calatrave et Alcantare
quos nominavi, qui licet multa habeant per multam yspaniam principaliter tamen
sunt in Castella. Nonne ergo magnum beneficium seu servicium ecclesia universalis
recipit in hoc, profecto regnum Anglie non habet istam specialitatem, nec prestat
hoc singulare beneficium ecclesie et toti populo christiano. Veniunt ergo vestre reverendissime
dominaciones, circa differenciam belli in quo est occupatus dominus meus rex et omnes mi
lites subditi sui, ac ordines militares regnorum suorum ad bellum in quo dominus
rex Anglie occupatus existit. Hinc profecto recta horum bellorum summi pon (?)
ad bellum nostrum non solum prophetice sacre (?), sed etiam Romani pontifices, qui pro
tempore fuerunt et religiosi aliique laudabilis vite viri sepe nos ortati sunt
et ortantur, ut omni labore postposito illud infatigabiliter continuemus, indulgen
cias plenarias plerasque per Romanos pontifices concessis. Ad bellum vero in quo dominus
rex Anglie et milites sui occupati sunt tollendum plerique legati de latere
missi sunt, et continue exhortaciones tam Romanorum pontificum quam aliorum
magne auctoritatis virorum instantissime fiunt. Secundum quod ecclesia desiderat est
quod fideles et hii qui jam sunt in ecclesia recte et honeste vivant, et est secunda
de causis convocacionis huius sancti concilii, videlicet reformacionis. Videamus
ergo amore dei ubi circa hoc sunt vehemencius et ferventius insudatum in yspa
nia an in Anglia. Nullum credo hominem sane mentis, nec qui libros
legerit negaturum quod in hoc non est comparacio Anglie ad yspaniam, nec etiam
ad Castellam. Nam ut dimittamus alia concilia que in yspania fuerunt ce
lebrata, solum modo quot apud Toletum fuerunt quindecim (?) huiusmodi celebrata
grandissime auctoritatis et evidentissime utilitatis, et etiam apud yspalim, que
nunc Sevilla dicitur, fuerunt aliqua concilia celebrata, et nisi prolixitatis causa
omitterem bene possem hic nominare centum decreta que sunt inclusa in corpore

decretorum que fuerunt assumpta ex conciliis toletanis / et aliis ex yspalensi et
vt cetera dimittam nomine hec sacra Synodus Basiliensis cum ordinacionem de electi-
one supportore concilii auctoritate ipsa est decreto Toletano nam in c. placuit
nisi fuit decretum Toletanum / quod incipit pro reverencia Sequitur ergo / quod
maiora beneficia recepit et recipit continue Ecclesia vniversalis a sede re-
gia Castelle quam a sede Anglie / ex quibus elicitur quarta conclusio sequens / 4ta concl.

Quarta conclusio

Licet excellentissimi Castelle et Anglie regales throni in Ecclesiam benefi-
centissimi fuerunt ac sunt tamen regalis thronus Castelle in vniversalem
Ecclesiam beneficiencior fuit et est /

Dic ergo ad nobilitati et antiquitati et eminencie dignitatis et beneficiencie
honor debeatur, et licet vtraque regalis sedes Castelle et Anglie nobilissima
antiqua et eminentissima et beneficentissima sit tamen sedes Castelle nobilior
antiquior et eminencior et beneficencior in Ecclesia est Sequitur quod christianis-
simus rex Castelle supremus dominus meus ampliori honore gaudere debet
Cum ergo vt ait Aristoteles in primo rethoricorum prioritas sedis est quedam speci-
es honoris / et iura omnia volunt / quod vnicuique honorem debitum sedis prioritas
concedatur / vt c. Solite de maioritate et obediencia cum aliis pene infinitis iuribus
et prioritate sedis sequatur prioritas vocis vt l. i. in fi. ff. de albo albo
scribendo / manifeste concluditur quod in hoc sacro Concilio / et in aliis conciliis
ad illa celebrari contigat / et vbicunque hos serenissimos Reges vel Orato-
res eorum simul esse contingerit de iure divino et humano et racione equi-
et naturali prefato domino meo Regi sedis ac vocis prioritas debeatur et vberi-
or honor debeat exhiberi iuxta conclusionem sequentem. Conclusio conclusionum

Conclusio conclusionum

Potentissimi Reges Castelle et Anglie eximio honore dignissimi sunt
Sed christianissimus Rex Castelle vberiore honoris amplitudine ab vniversali
Ecclesia tractandus est / Responsio ad obiectiones Anglicorum / hic nota /

Sufficere videntur que dicta sunt ad intencionem ex toto fundandam
et respondendum obiectionibus que si que adversus hanc veritatem forsan
fierent / sed vt clarius contradicentes si qui sunt vt a contradictione desistant

honestis racionibus inducantur ad illa que audivi in contrarium intencionis mee al
legata fuisse ut sequitur respondebo, et ut michi relatum est Oratores domini Regis
Anglie tam in presencia Reverendissimorum patrum p. quam in sacra deputacione re
formatorii dixerunt se pretendentes propter antiquiorem suscepcionem fidei christiane
Ita dicunt quod ille nobilis decurio Joseph ab Aramathia una cum aliis
Anno lx post assumpcionem gloriose virginis marie in Angliam venit et mag
nam eius partem ad fidem christi convertit Et post non longo tempore a passione christi
Eleutherius papa Regem et Angliam totaliter convertit ad fidem christianam
Nam ut ipsi aiunt, et si castellam probent omnium Episcopum Corduben misisse
se in nicena Sinodo, hoc fuit per magnum tempus post Eleutherium Allega
verunt eciam latitudinem Regni Anglie, quod ultra hoc quod in se latitudinem habet
subesse aliquas insulas ut ybernia et alias, et quod de re effectum multum ne
pplore, non obstantibus guerris et pestilenciis quas passum est et patitur
depriti, asseruerunt eciam esse Regnum opulentum et fertile et inter cetera opu
lentissimum Allegantes ad hoc Albertum magnum qui illud laudat Ad
iecerunt eciam quod Regnum Anglie semper fuit cum ecclesia Romana et quod post sus
ceptam fidem numquam discesserunt Anglici a fide nec ab ecclesia Romana Alle
garunt possessionem loci honorabilioris post Regem francie, quam ut dicebant
in Concilio Constanciensi habuerunt, hec michi Reportata sunt dominos Anglicos
dixisse quod si sic dixerunt non affirmo quia auribus propriis non audivi
sed ut michi Relata sunt Respondebo, quod si forte alia vel aliter dixerunt
nos eciam ~~aliter et~~ alia et aliter Respondebimus, Et ut clarius solucio
num veritas ~~videns~~ videatur deducamus hec omnia ad certas et determinatas
Raciones, et videntur illa que dicta sunt contineri sub iiiior racionibus prin
cipalibus, quarum prima fundatur in antiquitate suscepcionis fidei Secunda in lati
tudine terre et fertilitate et aliis prerogativis Regni Anglie Tercia in
perseverancia in fide et devocione Romane ecclesie, Quarta in possessione quam
dicunt adeptam in Concilio Constanciensi

Solucio prime racionis

Solucio prime racionis

Nunc ergo respondeamus ad singula et ante omnia premittendum est, quod licet
tam oratores domini mei Regis ut de aliis non de me ipso loquar, quam eciam ora
tores domini Regis Anglie sunt magne auctoritatis et fide dignissimi, in hiis tamen
que discussione et disputacione egent non allegantibus credendum est et si
maturissime gravitatis sint sed si probaverint fides est adhibenda Nec
nobis ergo nec illis in hoc credi oportet nisi in quantum per scripturam auctenticam
vel racione invincibili seu probabili demonstratum extiterit, ergo enim illa que
supra dixi satis ut arbitror et comprobavi, et probabo que in posterum dixero

et ad p(ri)ma(m) racionem vt melius respondeat(ur) aduertendu(m) e(st), q(uod) illa racio videt(ur) p(ri)nci-
pali triplici fundamento. P(ri)mu(m) q(uod) dicit de Joseph ab Arimathia. S(ecundu)m q(uod) dicit de
Eleutherio. Tertiu(m) q(uod) dicit de Osio ep(iscop)o Cordubensi. Ad p(ri)mu(m) fundamentu(m)
videt(ur) posse responderi quadrupliciter. P(ri)mo p(er) simp(licem) interempcionem seu
negacionem; nego eni(m) Joseph ab Arimathia in Angliam venisse. Ille ergo q(ui)
dicit p(ro)bet; cu(m) l(ex) ei qui (dicit) de p(ro)bat(ione) p(ro)ducat(ur) ergo in mediu(m) aliq(ua) ystoria
vel scriptura autentica, et audiam(us) a quo et qualiter hoc narret(ur). Secundo
p(er) p(ro)bacionem contraria(m); nam licet ei qui negat non incu(m)bat p(ro)bat(i)o vt l(ex) actor
C. de p(ro)bat(ione), sed tamen mediu(m) p(ro)bat(ur) negatiua p(er) indirectu(m), qu(o)d l(ex) c(ontra) to(tam) co(m)mitiva(m)
C. de p(ro)bat(ione). Sed tamen mediu(m) ... In hoc ergo casu b(e)n(e) p(ote)st
t(em)p(or)is vt l(ex) optima(m) C. de (contra)hen(da) et co(m)mitten(da) stipulac(ione). In hoc ergo casu b(e)n(e) pot(est)
p(ro)bari hec negatiua p(er) scriptura(m) contraria(m); continet(ur) eni(m) in floribus stor(iarum) sub lege
de ... Legit(ur) quoq(ue) q(uod) Titus ...
da b(ea)ti Jacobi minore contr(ar)iu(m) sub hijs v(er)bis: Legit(ur) quoq(ue) q(uod) Titus in ciuitate
Jer(usa)l(e)m quenda(m) mur(u)m densissimu(m) vidit, q(ue)m (q)u(i)a p(er)forari p(re)cepit, factoq(ue) fora-
mine, q(uen)dam intus senem et canicie venerabilem inuenerunt; qui requisitus q(ui)s
esset respondit se esse Joseph ab Arimathia a ciuitate Juda, se q(ue) a Judeis
ibidem inclusum et inmuratu(m) fuisse, eo q(uod) Ch(rist)um sepelisset; addiditq(ue) q(uod) illo
t(em)p(or)e vsq(ue) nu(n)c celesti cibo sit pastus et di(ui)no lumine confortatus. In euangelio
t(ame)n Nicodemi dicit(ur) q(uod) cu(m) Judei eu(m) reclusissent, Ch(rist)us resurgens eu(m) eripuit
et in Arimathia(m) duxit. Potest t(ame)n dici q(uod) p(ost)q(uam) eductus a p(re)dicacione Ch(rist)i non
cessaret a Judeis, iteru(m) e(st) reclusus; hec sunt v(er)ba flor(um) stor(iarum). Cum ergo Joseph
ab Arimathia fuit incarceratus tanto t(em)p(or)e apud Jerosolima(m), impossibile est
fuisse eod(em) tempore in Anglia vt ip(s)i affirmant, cum int(er) Jerosolima(m) et
Angliam sit vastissimu(m) et latissimu(m) spaciu(m) mariu(m) et terre. Tercio etia(m)
dici pot(est) q(uod) licet hoc no(n) fuiss(et) q(uo)d no(n) fuit, no(n) tam(en) sequit(ur) q(uo)d totu(m) regnu(m)
vel regale soliu(m) si tu(n)c erat, q(uod) no(n) tam antiquu(m) p(ro)batu(m) e(st) suscepiss(et) fidem.
Quarto dico q(uod) et dato hoc q(uo)d negat(ur), p(ri)mo suscepit Yspania fidem, q(uo)d
p(ro)bat(ur) sic: Jacobus martiriu(m) suscepit viuente Petro. Scriptu(m) e(st) eni(m) de Herode
q(uod) occidit Jacobu(m) fr(atr)em Johannis gladio; apposuit au(tem) vt app(re)henderet
Petru(m) vel actuu(m) xij. Sed constat q(uod) Petrus passus e(st) sub Nerone. Nero
aute(m) fuit t(em)p(or)e a(n)ni d(omi)ni quinquagesimi q(ua)rtu(m), et Titus fuit t(em)p(or)e anni d(omi)ni octua-
gesimu(m). Comparacione(m) ergo ista t(em)p(or)a, cre(n)de au(tem) q(uod) et si Joseph ab Arima-
thia venisset in Angliam, hoc fuisset postq(uam) de carcere fuit liberatus p(er)
Titum, et sic post octoagesimu(m) annu(m) a natiuitate d(omi)ni. Jacobus aute(m)
mortu(us) e(st) an(te) Neronem pluribus annis, q(uia) t(em)p(or)e q(ua)dragesimi anni a nat(iuitat)e
d(omi)ni, et Yspania suscepit fidem viuente Jacobo, vel saltem i(n) sepultura
eius vt s(upe)r(ius) demonstratu(m) e(st); ergo p(ri)us Yspania antiquior e(st) in fide.

Ad secundum fundamentu pot responderi multipliciter vt sup dixi in scda pte sub articlo Antiquitatis Regenacionis Ideo non repeto sed ad illas soluciones me refero Ad tciu fundamentu manifesta e solucio Nam nos non allegamus Osiud Epm Corduben interfuisse in Concilio niceno quasi illo tpe susceperit yspania fidem qr antiquitas suscepcionis fidei alijs ptibus sup pbata est sed nominauimus istu Osiu ad demonstrandu qd in pmitiua ecclia in illo famosissimo Niceno Concilio vbi ecclia orientalis et occidentalis erat fuit epus Castellanus psidens

Solucio secunde racionis

Ad secunda racionem vt clarius respondeamus oportet etia ea diuidere p articlos ne procedamus confuse et videtur illa racio p suppone iiijor fundamenta Primu est latitudo Regni Secundu fertilitas terre Tercium e multitudo gencium Quartu opulencia diuiciarum Et reuera mirandu est quo dmi Anglici assumpserunt talia fundamenta in fauorem suu cont yspanos Cum manifestissimu sit qd potius faciunt pro yspanis Et si aliqua eorum omnisimus allegare sup premne in principalibus allegacionibus hec tercie fuit non quia nobis non habundabant allegaciones huiusmodi sed qr putauimus illa indigna esse vt p fundamente assumeremus vt statim dicam Ad omnia ergo hec Respondeo sic Ad primu incipiendo dico enim qd in duplum vel forte amplius e latior terra Regni Castelle quam Regnum Anglie Non repeto hic probacionem qr sup pbaui in tercio articlo disputacionis Nec obstat qd dicitur de insula ybernie et alijs insulis qr hic de Regno Anglie tractamus Nam dns meus Rex habet in mari occeano octo insulas et forte plures quas omnes coniunctim appellant canarias sed tamen quelibet habet nomen propriu Nam alia dicitur insula Laurzloti Alia insula ferri Alia canaria magna Alia fortis ventura et similes que habent magnam longitudinem et latitudinem sed non adducimus eas hic ad augendam terram nram sed dumtaxat ea que sunt in yspania pre magnitudine cum omnibus insulis coadunatis Regnum Anglie non posset aliquomodo equari longitudini et latitudini Regni Castelle.

Ad secundu fundamentu Respondeo qd quanta differencia sit int fertilitate Castelle et fertilitatem Anglie nullus e qui ignoret sed tamen ego nolui allegare fertilitatem in hac materia qr michi remotissima et infima allegacio visa est non enim de agricolis sed de nobilissimis Regibus loquimur Nec enim fertilitati agri sed virtuti hominu honor debetur vt in principio disputacionis exposui Quid ergo ad Rem facit fertilitas terre cum non de pinguedine agrorum sed de virtute virorum hic disceptamus sed quia ipsi fertilitatem adduxerunt cont nos ego reducam cont eos ac pugione suo ipsos pcutiam

Vt golias confodiant? Et an sit fertilior t'ra Castelle, quam t'ra Anglie non indu
tam instrumenta Tabellionum, nec petam Compulsoriam ad recipiendum testes
in ptibus, sed quia vt veritas ait In ore duorum vel trium testium stat omne vbum
math. xviii. xv. et legiste dicunt q' regulariter sufficit unus duorum testium nisi
in casibus spalibus ff. de test. l. ubi numerus. Ego adducam duos testes
ydoneos et omni exceptione maiores, hii autem testes erunt vinee et olivete
que habundantissime in Regno Castelle sunt. De Regno vero Anglie in totum
sunt deportata. Nec limites Regni illius intrare possunt vt radices ibi
firmare. Iste vero reputaciones sunt vinum et oleum in hiis que ad fertilitatem
ptinent omnes vt credo naciones noverunt In scriptura sacra adducamus
in testem. Ysaac cum benediceret filio suo sic ait det tibi deus de rore celi et
de pinguedine terre habundanciam frumenti vini et olei, et post pauca, cum
Esau conqueretur, et aliam benediccionem peteret Ysaac respondens ait frumento vino
et oleo stabilivi eum, et tibi post hec fili mi vltra quid faciam Gen. xxvii. vto
quasi diceret, q' hec tria sunt principalia in fructibus terre frumentum vinum et
oleum, frumentum autem licet commune sit vtriusque horum Regnorum, tamen vinum
et oleum in Regno Castelle in tanta habundancia est vt ad exteras naciones
transportetur? In anglia vero nisi aliunde apportatum fuerit non est. Nescio ergo
quo animo dominus Anglicus fertilitate ipse indicaverit cum in Regno suo de tribus pu
cipalibus fructibus terre duo deficiant videlicet vinum et oleum, quod si de opifi
cibus operacionum locuti fuissent, aliquid forsan faterer eis. Nam apud nos
non sunt textores tam delicatum pannum texentes sicut scarlatum Londoniense
sed tamen eciam illa confeccio quam granam dicimus cum qua scarlatum fraganciam
odoris et vehemenciam coloris assumit in Regno Castelle nascitur? et inde in An
gliam et eciam in ytalia transportatur. De metallis dicere possem, sed tamen
Judicio meo tam alta materia, tam infima et tenuia allegare non decet.
Nam nec de fertilitate dixissem nisi vobis fuius provocatus fuisset pvocat
to autem ignoscendum est eciam si maticam indignam apparet ff. de bonis liberto
l. qui cum maior §. si libertus.

Ad tercium fundamentum Jam Respondeo Nam vt diximus in articulo dispu
tacionis multo amplior numerus generatur est in Regno Castelle q' in Regno
Anglie. et si hoc apporteret probare inmando omnes gentes hoc difficilimum
et plurissimum esset. nec enim posset modo compire edictum A cesare Augusto
vt describatur vniversus orbis luce ii. Nec vivit David qui faciat numerare
populum dei presertim cum numeracio populi non solet esse grata in oculis domini
Juxta illud quod habetur ii Reg. vlt. c. sed aliquibus conietturis potest manifes
tari esse longe maiorem populum in Regna Castelle q' in Regno Anglie.

Prima est latitudo qua dicimus nam in ora latiori verisimiliter presumendum est maiorem populum esse. Secunda est diversitas nationum nam taliter in uno populo non solent esse diverse nationes ut supra dixi in articulo ... / Rationabiliter ergo presumendum est esse maiorem populum nec in hoc sunt expendenda verba cum illa que supra dicta sunt satis hoc probant ne sunt amplius repetenda

Ad quartum fundamentum, quod est de opulentia, que videtur importare divitias respondeo ut dixi de fertilitate, quod non sunt adducende divitie ubi de virtute et honore que virtuti debetur, tractatur, nec enim divitias antiqui inter virtutes posuerunt immo contra eas multa loquuntur. Nam et tullius in paradoxis conqueritur de illis qui divitias bona appellaverunt, et Boetius in metro quinto secundi libri conqueritur dicens, primus quis fuit ille auri qui pondera tecti gemmasque latere volentes pretiosa pericula fodit, quasi divitie noceant multum. Nec in hoc oportet alia allegare. Nam infinitus esset numerus dictorum que contra eos invehunt, que tamen de excessu divitiarum et de earum abusu intelligende sunt non de iusta possessione et moderato usu earum, sed hoc non est presentis materie. Dico ergo quod Castellani non consueverunt appretiare divitias sed virtutem, nec metiuntur honorem quantitate divitiarum sed qualitate actuum egregiorum. Ideo divitie in hac materia non sunt adducende nam si divitiis metiremur sessiones Cosmus de medicis vel alius ditissimus mercator forsan precederet aliquem ducem, quod an sit rationabile etiam ipsi qui allegant videbunt. Sed etiam ne hoc videntes fallantur regnum Castelle ditissimum est, licet non excipite divitiarum veniendum honorem, sed ex aliis rationibus quas supra allegavi. Nam divitie ad exercitium virtutis conferunt sed non sunt allegande ut quid principale, tamen tante sunt divitie apud regnum Castelle, quod aliquos vidi magne virtutis auditis cum divitiis dicentes se non mediocriter timere, de tanta habundantia divitiarum ne noceant virtuti. Nam sepe divitie solent delitias inducere et delitie impedire virtutem quod si aliquis forsan de hoc dubitaverit informetur si voluerit facile enim inveniet hoc esse verum, ego autem alium testem non induco nisi hanc Ambasiatam quam cernitis, non enim solent de paupere regno tales Ambasiate procedere

Solucio tertie rationis

Solucio tertie rationis

Tertia ratio per eos allegata videtur initi duobus fundamentis, quorum unum est perseverantia fidei, secundum continuatio devotionis ad Ecclesiam Romanam. Ad primum dico quod sibi ipsis contradicere videntur. Nam aut ipsi susceperunt fidem tempore antiquo ut videtur aut non, si susceperunt igitur postea dimiserunt. Cum

manifestum est eos temporibus Gregorii fidem suscepisse ut s. diximus in
secundo articulo disputacionis et sic si primo susceperunt mirum quod post deuia-
uerunt, et iterum per Gregorium susceperunt alias enim si permansissent ad quid
misisset Gregorius, si non susceperunt ante tempora Gregorii, ergo illud quod dicunt
est de Joseph ab Arimathia et de Eleutherio non habet veritatem, et sic de suffi-
cienti diuisione loquendo super sibi ipsis contradicunt. In Yspania vero non sic
Nam postquam Yspani temporibus Jacobi vel Christi fidem catholicam susceperunt
numquam amplius a fide deuiauerunt, ymo pro fide semper pugnauerunt quod in ~~tali~~
intelligo in generali. Nam licet hoc verum sit, quod temporibus Richardi Regis et aliquorum
aliorum Regum Gothorum aliqui fuerunt infecti heresi Arriana. Sed tamen sancti
viri eos docuerunt et reuocauerunt ab errore, et in tercia synodo Toletana fuit
totaliter heresis Arriana extirpata, numquam tamen vniuersaliter deuiauerunt
a fide. Nam etiam tempore illo quo magis inualuit heresis arriana floruerunt
Ysidorus Leander Eugenius ad Ildefonsus Julianus Pomerii et
alii pontifices sanctissimi et solempnissimi viri, et sic quod dicunt de preeminen-
cia fidei pro nobis est contra eos. Ad secundum fundamentum de deuocione ad Ecclesiam
mirandum est quid voluerunt dicere. Nam si loquuntur de temporibus antiquis manifestum
est quod semper Reges Castelle fuerunt deuoti Ecclesie Romane ut patet in Cronicis
et eciam leges Regni Castelle specialiter disponunt aliqua circa reuerenciam et
obedienciam exhibendam Ecclesie Romane et Romano pontifici, quod si forte di-
aut propter scisma extiterunt quod preterit, hec racio quia momenti est. v. r. p. noue-
runt. Nam ut omnibus notum est Concilium Constanciense fuit congregatum ex
omnibus obedienciis et determinatum est illam esse ab Ecclesia Romana disces-
sisse propter probabile dubium de papatu ut melius nouerunt qui illi Concilio
interfuerunt. Ideo hec allegacio racionabiliter omitti ~~debet~~ debuisset

Solucio quarte racionis — Solucio quarte racionis

2 Ad quartam racionem ut melius respondeatur presupponenda sunt verba que in
gestis Concilii Constanciensis super hoc habentur que sunt hec: Deinde domini
Regis Ambasiatores Castelle Ambonem descenderunt et immediate post Amba-
siatores Regis Francie se posuerunt et fuit inceptum Canticum Te deum lau-
damus etc. Hec in gestis Constanciensis continentur, que verba non obstant intencioni
nostre, ymo conferunt multis sufficientibus racionibus probari potest. Primo siquidem
dico quod illa verba faciunt pro et non contra. Nam cum domino Regi Francie, dominus Rex
[illegible]ra Anglie in qua Rex Anglie alterum locum dimittat, et dominus Rex
Castelle ibi fuit immediate post dominum Regem Francie, sequitur quod sit ante
dominum Regem Anglie alias non esset immediate post Regem Francie. Nam

idem est esse inmediatum, quod est esse proximum, sed proximum est, quo nemo precedit
ut ff. de iniusto rupto test. l. si quis filio exheredato in principio. Ergo manifeste sequitur
quod locus Ambasiatorum domini mei Regis Castelle debet esse tanti honoris, quod nullus
citra locum Ambasiatorum domini Regis Francie honorabilior vel equalis in honore
reputetur. Et hoc est quod nos dicimus. Nam ut clarius intelligatur, et si apperta
materia sit, nichilominus recapiam eam sub brevibus in hunc modum, licet dominus
meus Rex Castelle nulli principi temporali recognoscat nec recognoscere debeat
preeminenciam in honore, quod tamen quantum tangit dominos Imperatorem Romanorum et
Regem Francorum, tum propter antiquam fraternitatem horum Regnorum, tum propter con-
federationes et amicitias que inter has domos antiquis temporibus fuerunt et nunc
sunt, non est intentionis mee eius nomine, quantum ad Ambasiatores horum duorum princi-
pum de loco altercare, sed nobis placet ad presens quod habeant quemcumque honorabiliorem
locum, sed tamen dicimus quod primus locus immediatus post Ambasiatores
Regis Francie est debitus Ambasiatoribus domini mei Regis Castelle. Nunc
ergo ut in principio diximus honorem uti debet. Certum est autem quod cum
de hiis que virtutem et honorem tangunt loquimur mediatum et immediatum sumitur per
respectum ad rationem non per respectum ad rem materialem ut patet per Aristotelem
in ii° Ethicorum, quod declaro per exemplum sic, centum miliaria de miliaribus
Almanie essent excessiva dieta ad equitandum una die, et unum autem miliare
esset parva dieta, diceremus ergo quod quinquaginta miliaria quia essent quasi
medium quantitatis inter ista duo extrema erunt competens dieta, absurdissimum
esset hoc dicere, sed medium assumetur hic per respectum ad rationem, et sic quinque
vel sex miliaria, que rationabiliter possumus equitare, dicemus medium
per respectum ad hec extrema licet in quantitate distat ab altero extremorum. Sic
ergo dicendum est in sedilibus. Nam mediata vel inmediata sedes non di-
citur per respectum ad contiguitatem banche, sed per respectum ad continuitatem
honoris. Ille ergo dicitur locus immediatus post Regem Francie, qui est
honorabilior omnibus aliis post eum, sive sit in illa bancha, sive in alia,
quia non de lignis, sed de honore disceptamus. Cum ergo in Concilio Con-
stanciensi ut supra dictum est dicitur immediate post Regem Francie, id in-
telligi debet de immediato loco per respectum ad rationem honoris, et hoc est
quod nos allegamus. Quocumque ergo loco qui declaratus fuerit honorabilior post
Regem Francie in quacumque bancha sit, contenti erimus de presenti. Credo
potest dici quod dato quod istud immediate intelligatur per respectum ad materiam
loci et non ad rationem honoris, qui intellectus rationabilis est, tamen illa

gesta non obstant, quia attentis verbis coram sacra Synodus non determinavit, neque
aliquid ibi egit, sed ipsi oratores se posuerunt ibi. Ponderanda autem puto illa
verba posuerunt se, demonstrant enim quandam urbanitatem, nam quia oratores
domini Regis Anglie erant ibi a magno tempore, et ut dicitur habebant gradum primum banche
sinistre Oratores mei urbane et curialiter se habentes noluerunt impedire eos sed
posuerunt se in gradu secundo banche dextere que autem voluntatis vel familiari
tatis causa fiunt nec inducunt possessionem, neque importat aliquod preiudicium ut
ff. de adquirenda possessione l. qui iure familiaritatis. Tertio illi sederunt in illo gradu
credentes illud esse honorabiliorem locum post Regem Francie, quod modo reputatur
quod alter locus est honorabilior quem non acceptabit, cum error facti presertim probabilis
non preiudicat ut ff. de iuris et facti ignorantia l. regula in principio, errorem autem illud
fuisse probabilem manifestum est. Nam et hodie sunt in hac sacra Synodo multi
notalissimi, et gravissime auctoritatis viri, qui dicunt esse altiorem locum gradum hunc
banche dextere gradu primo banche sinistre probabiliter ergo potuerunt mei oratores
sequi predictam opinionem aliquorum insignium virorum qui hoc sic esse putabant quia
ista in opinione hominum potius quam in regula iuris consistunt. Sed licet tunc secuti
sunt hodie sequi non compellantur nisi istud esse honorabiliorem locum declaratur
Quarto etiam dicitur, quod dato quod ille actus de sui natura esset preiudicabilis quod nega
mus ut dictum est non tamen potuit aliquo modo domino meo preiudicare cum esset tunc impu
bes, et acta contra impuberem nullius preiudicii sunt ut C. si adversus rem iudicatam l.
Quinto dico quod non potest modo argui ex illo actu cum in Concilio Constantiensi
contrarii modernos
quod sunt ultimi facti actus contrarii. Nam in instrumentis ibidem factis que post
fuerunt inserta in gestis huius sancte Synodi Basiliensis preponitur natio Hyspa
nica Nam in instrumento acto cessionis quod fuit in statim in prima sessione huius sacri
Concilii sunt hec verba pro natione Hyspanica Petrus Alfonsus etc. Et sequitur
pro natione Anglie dominus Franciscus etc. Item in alio instrumento sequenti
post inscriptionem bulle felicis recordationis Martini pape dicuntur hec verba
votati fuerunt in loco dicte Congregationis Reverendissimi pre et domini domini Johannes Episcopus
Toletanus nationis Hyspanice presidens, et sequitur Richardus Electus Eboracensis
Anglicane nationis presidens, et sic natio Hyspanica fuit prelata nationi Angli
cane. Cum ergo dominus meus Rex sit principalis princeps nationis Hyspanice ra
tionabiliter, sequitur quod debet debet preferri domino Regi Anglie qui est princeps
nationis Anglicane, dato quod sit de nationem Anglicanam per se quod nega
mus sed hoc alterius speculationis erit. Cum per istud actum posteriorem concilii

derogatum est actui paris Concilii si in aliquo fuit preiudicabilis quod non concedo cum pactus posteriores derogetur prioribus ut C. de pact. l. pacta novissima. Sexto etiam non obstat ille actus propter defectum Concilii decretum Constanciensis in prima Sessione, cuius verba ita se habent, et quia contingere potest quod aliqui consedentibus non erunt in sedibus debitis collocati, decrevimus quod ex sessione huiusmodi nullus Ecclesie vel persone preiudicium generetur, ergo actus super huiusmodi sessionibus Constancie habitus non potest in preiudicium aliquod allegari. Septimo etiam responderetur quod post Constanciense Concilium vel Sinodum in Curia Romana temporibus prefati domini Martini pape semper observatum est quod Oratores domini mei Regis Castelle precederent Oratores domini Regis Anglie Regni ergo debemus consuetudinem Curie Romane ut C. c. Nolite xi. distinct. et sic patet intentionem meam in sua firmitate manere non obstantibus in contrarium allegatis.

Hec sunt reverendissimi reverendi patres que michi in hac materia ad presens occurrunt, quod si aliquis sit qui in contrarium alia dicere voluerit paratus sum respondere non in viribus ingenii quod profecto rude et obtusum est, sed in divino auxilio, et veritatis vigore confidens etc.

Licet Reverendi in Christo patres et domini prefati In aliis Sacris Conciliis generalibus
presertim pisano Constanciensi et Senensi Regum spectabiles et preclari
Oratores Serenissimi Regis Anglie et Ffrancie pro tempore existentes pro Regno
suo Anglie tamquam primum locum ad latus sinistrum ante dominos aliorum
Regum et principum oratores velut honorabiliorem et eminenciorem
post Ambassiatores et oratores Christianissimi Regis Ffrancie tamquam
eorundem domini Regis proprium et eius oratoribus pro Regno Anglie
debitum semper et pro omni tempore quo in ipsis Conciliis fuerunt habuerunt
tenuerunt et in eodem sederunt pacifice et quiete absque contradiccione
quacumque ipsis sacris Conciliis et eorum patribus atque oratoribus aliorum
Regum et principum precipue oratoribus Illustrissimi Regis Cas
telle et legionis qui in ipsis Conciliis presertim Constanciensi erant
et fuerunt scientibus pacientibus tollerantibus et non contradicentibus etc.
Ffueruntque visi et reputati dicti domini oratores memorati domini Regis
Anglie in ipsis Sacris Conciliis dictum primum locum tenere et
in eodem sedere pro et nomine dicti domini Regis Anglie tamquam in
loco honorabiliori et eminenciori ut ipsius Regis proprio et ipsius ora
toribus debito ut prefertur sicque eorum possessionem continuantes in
hoc sacro Basiliensi Concilio habuerunt tenuerunt possiderunt prout
habent tenent et possident de presenti. Et licet per hoc Sacrum generale
Concilium sonatenus ut creditur quod oratores Illustrissimi Regis
Castelle sede et sunt dictis locis et sede eminencioribus et hono
rabilioribus sic ut premittitur per dicti Serenissimi Regis Anglie
et Ffrancie habitis et ab antiquo pro suo Regno Anglie tamquam pos
sessis opponere proponebant satagentes dictam sedem et locum ad
dictum Illustrissimum eorum Regem spectare et pertinere Ipso of
ficio suo cui incumbit volentibus usurpare quod non debetur eis re
sistere et pacem et quietem omnium precipue Serenissimorum Regum et princi
pum oratorumque eorundem promovere et promotam conservare
non petentibus nec instantibus ad hoc dictis oratoribus dicti Serenissimi
Regis Anglie Sed potius protestantibus solempniter et autentice quod
nullo umquam modo vel tempore intendunt Jus corone et eorum
Regum Anglie Illorumque preeminencias et honores tamquam ab
omni superiori temporali in terris liberas penitus et absolutas in Judicio
vel compromisso vel in aliquo alio examine vel discussione ponere
vel quovismodo deducere prout in suis protestacionibus solempnibus
alias factis plenius et seriosius patet. Et leguntur nonnulla notabi
lissima supposita huius sacri Concilii nomine et dignitate plena
ad obviandum dicte resistencie dissidiisque et illa fortassis suscitandis

deputavit que notabilissima supposita seu viri auctorizabiles et preclari
dic deputati declarans eis multis et diversis racionibus et causis ex quibus
et ipse locus et sedes dicto serenissimo Regi Anglie et Francie pro dicto
suo Regno Anglie tantum debebantur et prius erant progenitoribus
antedictis continuo reputatis videlicet quod nullatenus talem declaracionem
veras possessionis et tituli dicti eorum Regis serenissimi super dictis
loco et sede emmenatoribus facere proponere vel allegare ad judicium
aliquod vel compromissum subeundum. Ipsa supposita seu viri
notabiles ad hec deputati cum magna maturitate audientes oratoribus
toribus dicti illustrissimi Regis Castelle non semel sed quociens
ipsi audiri pro libito voluerunt pluries auditis cognoscentes deputati
ipsi dictum locum et sedem ad ipsum pro ipso Regem Anglie et Francie
pro suo Anglie tantum semper spectasse et pertinuisse et in eorum
possessione tempore conciliorum maiorum predictorum fuisse
continuo disposuerunt vel ordinarunt per ipsum concilium decer-
nendum ipsos oratores dicti Regis forma precedenti. Per hoc dictum
concilium in talibus data minime servata existit, cum quia parte
dicti serenissimi Regis Anglie et Francie inaudita et de eius
preiudicio tractabatur ad eas processum dicitur. Hinc videntes
et considerantes inclite naciones Italica et Germanica quod ita pre-
cipitanter fuerat ad dictas deliberaciones processum dubitantes non
immerito quod si alie due deputaciones simili cursu velocitate parte tanti
principis videlicet parte serenissimi Regis Francie et Anglie in-
audita preamurerent grave inde scandalum et murmuracionis
quod manifesta iniusticia fieret per sua supposita aliis duabus depu-
tacionibus supplicari fecerunt instanter ne eodem cursu similique
ordine in materia illa procederent quarum nacionum requestam velut
iustam atque honestam dicte alie sacre deputaciones admictendam et grate
suscipere decreverunt prout actu susceperunt. Sunt eciam nulle
et invalide dicte duarum predictarum deputacionum deliberaciones
ex aliis pluribus causis et racionibus suis causa loco et tempore dicendis
et allegandis et si alique aut alicuius roboris vel momenti fuisset
quod non creditur ab eis omnino et totaliter per acceptacionem locorum et certa
hinc inde facta et continuata tanti temporis de quibus omnibus superdictum
est. Tum propter per nonam dacionem deputatorum non obstantibus pre-
missis predictis deliberacionem factam. Tum propter statum per illas denuo de-
putatis aliarum deputacionum ordinacionum. Tum per acceptacionem et
approbacionem dicte ordinacionis sicut premittitur a toto concilio in generali.

Congregatam fuisse, tamen per talem executionem et totale implementum or-
dinacionis antedicte. Et non solum ab illis per premissa recessum
quinymo aperte dictorum oratorum dicti Regis Castelle illis omnino
adquiescit atque renunciatum, tamen per actus tacitus per ipsam dic-
te ordinationis paratam et non coactam ymmo spontaneam tolleranciam execucionis
et implementi realis eiusdem Expressos porrendentem acceptacionem
loci et sedis inferioris et minus honorabilis, ab eisdem sacro toto
parte ymmo approbante concilio locique et sedis predictarum continua-
tam detencionem. quam nec deponere hucusque dedignati non sunt continuarunt
prout actu continuantur. Intersitque per maxime huius sacri concilii
et Nacionum bracium ut ea que per dominos Reverendissimos et revere-
ndos deputatos facta et ordinata ac per ipsum sacrum concilium ap-
probata confirmata laudata et acceptata ymmo execucioni missa
sunt. et maxime contendentibus partibus emologizata et
approbata servari custodiri et nullatenus infringi presertim
in tanti Regis vel principis preiudicium et enormem lesionem
sicut esset si in hac materia aliqua preiudicialis innovacio
quod absit fieret. et ne permittatis vestre Reverendissime ad aliquorum forsitan
importunam instanciam aliquid presertim preiudiciale eidem
domino Regi Anglie et Francie aut ipsius oratoribus circa huius-
modi loca sedes prerogativas et preeminencias ullomodo innovent
vel attemptent, aut etiam innovandum vel attemptandum decer-
nant aut deliberent, sicut nec attemptari innovari aut deliberari
de iure maxime Serenissimo Rege quo ad hoc pro se et suis penitus
et omnino absentes cum eius oratores hic presentes ad hoc man-
datum habeant Regno Anglie et Francie nec ad locum et sedem
illos ut suos et proprios et sic ut prius fuerunt semper habitos et possessos
Et licet ipsum totum concilium sacrum in eius generali congregacione
visa et considerata ordinatione ipsorum deputatorum eius dominos locum et
sedem eisdem oratoribus dicti Serenissimi Regis Anglie et Francie
pro dicto suo Regno Anglie tamquam ut honorabiliores etc. ad latus
sinistrum velut eorum proprios et ab eisdem in aliis conciliis generalibus
habitos et possessos continuandos et tenendos iuxta premissa de-
putatorum ordinationem disposuerit eisdem dicendo ite ad loca vestra etc.
Illosque tenendos continuandos et sua antiqua et consueta illorum
possessione fruendo et utendo dicti oratores susceperunt eaque sic
captos continuando possiderunt, prout possident de presenti hucusque
nulli licere debeat super illis litigium seu dissidium ulterius re-
fricare et licet hec omnia et singula premissa per ipsos deputatos
sacri concilii ipsumque concilium sacrum necnon per ipsos oratores

dicti Serenissimi Regis Francie et Anglie presentibus videntibus et ea omnia in-
telligentibus ac scientibus et non contradicentibus prout nec contradicere de
iure poterant neque debebant ymmo potius approbantibus saltem tacite
dictis Illustrissimi Regis Castelle et Legionis oratoribus ordinata
facta et approbata et acceptata fuerit. Nichilominus prefati Reverendi
et venerabiles patres et domini oratores memorati Illustrissimi Regis
Castelle et Legionis quamquam iam omnis eorum intencio quam pre-
toto salua instituere minus iuste satagebant, de dicto primo loco
cum suis preeminenciis et honoribus ad latus sinistrum oratorum
prefati domini Regis Anglie debito ocius ex eorum approbacione que premittitur
sopita et prorsus extincta fuit, atque sic suscitare ut dicitur moliuntur
et satagunt contra omne iuris debitum et huius sacri concilii pa-
cem quietem et lucem non solum per premissa videlicet tam presentis et antiquis-
sime possessionis dictorum locorum in omnibus conciliis antedictis per etiam tol-
leranciam et non contradictionem dictorum oratorum Illustrissimi Regis
Castelle per ordinacionem etiam dictorum deputatorum huius sacri con-
cilii ac ipsius sacrosancti concilii totum omnis contencionis et dissidii
materia fuerit penitus extincta Sed etiam per expressam approbacionem
facto et opere secutam per ipsos oratores dicti Regis Castelle primo tu
acceptacionem et adepcionem per eos loci secundi a parte dextra dicti
loco et sede primis a parte sinistra in omnibus preeminenciis et honoribus
inferioris que ad hunc hodie tenent et possident et ibi a tempore eorum
admissionis et incorporacionis continuo citra sederunt tempore generalium
congregacionum et aliorum actuum publicorum sacri concilii. Nichilominus
tamen denuo ipsam materiam sicut ut premittitur extinctam et so-
pitam extincioni penitus sic multipliciter per eos verbo tolleranciam
facto opere approbatam renouare et excitare velle videntur contra iuris
debitum et huius sacri concilii quietem ac unitatem Cum eorum
semper pace loquendo Immediate presertim seu minime velle videbuntur
quibus precensis deliberacionibus dictarum sacrarum deputacionum videlicet
de pace et de fide dudum ante dictam eorum incorporacionem et loci ac-
ceptacionem ut conaduerso pendunt facte Cum aut presens [illegible] dicte
due precense deliberaciones dictarum deputacionum in eventum [illegible]
~~[illegible]~~ eis constaret vel constare posset quod non creditur fuerunt et sunt
pace eorum qui in dictis deputacionibus sunt semper salua omnino
nulle invalide et inefficaces nulliusque valoris roboris vel
momenti existunt. Tamen quia autentice et solemniter protestantur
premissis et etiam pluribus aliis que in hoc negocio dicenda essent attento
ne quod aliquid contra premissa iura dicti Serenissimi Regis Francie
et Anglie illorumque antiquissimam possessionem ne ve contra facta

gesta per Concilium Basiliense sic ut primitus apte Oratorum Regis
ffrancie et Anglie Illorumque antiquissimarum possessionum Castelle tacite
et expresse facto et opere approbata Ne vero dissensio seu contemptio iam
sopite et destructe resuscitentur Neve pax et quies et unanimitas huius
Concilii perturbentur Ultra premissa ad omnem habundantem cautelam
ad omnesque alios et meliores fines et effectus eidem domino Regi Anglie
et ffrancie et omnibus Oratoribus magis utiles et necessarios et pro conservacione
Jurium honoris et preeminencie ipsius domini Regis et Regni Anglie et Ora
torum suorum qui nunc sunt et erunt in futurum tam in hoc sacro Concilio
quam in aliis efficaciter et autentice protestantur quod non intendunt consentire
quod aliquomodo de Juribus preeminencijs honore loco sede voce seu alio
quovis titulo vel iure Ipsum dominum Regem Anglie contingente aut
quolibet concernente ullatenus pertinere cognoscuntur nec ullatenus
tradatur vel diffiniatur tamquam ab anathema superiorte liberis penitus
et absolutis sicut nec procedi debet, et maxime per deputaciones Attento presertim
quod in sacris deputacionibus sunt multi parciales et suspecti merito a
dacione votorum in tali materia repellendi, et excludendi, et quorum
vota nullatenus essent inter alia connumeranda. Ymmo eciam amplius
et efficacius si per amplius et efficacius dici possit protestantur de nullitate
omnium in dicta materia preter dicta iam decisa et sopita tam factorum quam
in futurum, per viam maxime deputacionum multa et plura vota merito
suspecta continencium fiendorum alias protestantur de agendo in tollendo
et omnibus aliis remediis Juridicis et defensionibus utendo et hanc
autem protestacionem autenticam et solempnem ad acta quecumque deputa
cionum, et huius sacri Concilii redigi necnon unum et plura a dominis
prothonotariis hic existentibus confici instrumenta. Petunt ipsi
Oratores dicti xpianissimi ffrancie et Anglie Regis ad perpetuam rei
memoriam

Speculum artis bene moriendi.

Cum presentis exilij miseria mortis transitus propter moriendi imperitiam multis
non solum laicis sed etiam religiosis et devotis difficilis nimis multumque
periculosus immo et terribilis atque horribilis valde plerumque videatur. Ideo in presenti
materia que de arte moriendi est, quidam brevis exhortationis modus ad eos
qui in mortis articulo sunt constituti hic inventus inmutatus est subtiliter considerandus
notandus atque perpendendus. Eo quod modus iste generaliter omnibus catholicis ad
artem et noticiam bene moriendi comprehendendam plurimum valere et prodesse potest.
Continet autem materia ista sex particulas. Quarum prima de laude mortis
et scientia bene moriendi existit. Secunda temptationes morientium. Tercia interrogationes
Quarta instructionem cum obsecrationibus. Quinta exhortationes. Sexta con-
tinet orationes dicendas super agonizantes ab aliquo assistentium.

Prima particula de laude mortis et scientia bene moriendi.

Cum omnium terribilium mors corporis sit terribilissima sicut philosophus in tercio
Ethicorum ait. Mors tamen anime tanto est horribilior atque detestabilior
quanto anima corpore est nobilior atque preciosior. Dicente propheta. Mors peccatorum
pessima. Sed mors iustorum eodem propheta testante. Preciosa semper est in
conspectu domini mors sanctorum eius. Verum etiam aliorum quorumlibet iustorum bonorumque
christianorum necnon et peccatorum quamvis malignorum vere contritorum et in vera
fide atque in sacramentis ecclesie unitate morientium. Secundum illud Apocalypsis. Beati mor-
tui qui in domino moriuntur. Propter quod et divina ait sapientia Sapientie iiii.
Iustus si morte preoccupatus fuerit in refrigerio erit. Si tamen moriens
in temptationibus atque aliis in mortis agonia sibi occurrentibus constanter atque pru-
denter se tenuerit atque rexerit quemadmodum sequentia manifestant. Et ideo
de laude mortis dinumerat bonorum quidam sapiens ait sic. Mors nichil
aliud est quam exitus de carcere. Finis exilij. Depositio oneris gravissimi
corporis. Omnium exterminium terminatio. Omnium periculorum evasio. Omnium malorum
consumptio. Omnium vinculorum debiti naturalis solutio. Reditus in patriam. Ingressus
in gloriam. Unde Ecclesiastes vii. Melior est dies mortis die nativitatis. Et
hoc intelligendum est de bonis et electis tantummodo. Est intelligendum quia malis atque reprobis nec
dies nativitatis neque mortis bona dici potest. Et propterea bonus christianus immo et
peccator quilibet contritus et fidelis de morte corporali licet qualiscumque quacumque
de causa sibi illata contristari non debet neque perturbari nec timere, sed immo
sponte atque voluntarie mentis ratione que sensualitati utique dominatur mortem
suscipiat atque sufferat pacienterque sustineat suam in hac re voluntatem
voluntati divine conformans atque committens voluntati ut tenetur. Et tamen
bene et secure hinc egredi volunt atque mori. Secundum dictum sapientis sic dicentis. Bene
mori est libenter mori. Unde subdit idem. Ut satis vixerim nec anni
nec dies faciunt sed animus. Hoc ille. Cum igitur ex debito atque iure naturali
omnes mori necesse sit immo et omnino oporteat quando qualiter et ubi deus optime voluerit.
Cum ipsius dei voluntas semper et ubique bona sit iusta atque recta. Eo
quod sicut Cassianus in libro collationum testatur. Fidelissimus deus omnia
que videntur vel adversa vel prospera pro nostris utilitatibus dispensat magisque
est pro nostra salute et commodo providus atque sollicitus quam nos ipsi sumus nobis.
Cumque mortem corporalem subterfugere et evadere atque immutare minime
valeamus. Ideo mortem ipsam etiam sensualitate reluctante contemnentes

racion bene disposite voluntarie atque libenter absque murmuracione et contradiccione
quam deus voluit deteminare acceptare. Unde Seneca: Affectus non culpes quod immutare
non vales. Et iterum dicit idem: Si vis ista quibus urgeris effugere non ut alibi
sis oportet sed alius. Oportet ut homo christianus bene et secure moriatur necesse est ei
sciat ut mori sciat. Scire autem mori ut quidam sapiens ait est paratum habere
cor et animam omni tempore ad superna. Ut quandocumque mors venerit paratum eum
inveniat ut absque omni retractione eam recipiat quasi qui socium sui dilecti
adventum desideratum expectat. Hec ille. Hec est scientia utilissima in qua
religiosi precipue magis quam seculares sive in ecclesiis cottidie atque
continue sollicitantes studere debent ut eam veraciter apprehendant. Postquam
eorum religionis status id ipsum exigat et requirat. Verumptamen eciam quilibet
secularis clericus et laicus sive ad moriendum dispositus ac paratus sive
sive non nichilominus obedire quam ei placuit teneatur. Debet itaque non solum
religiosus verum eciam devotus quilibet bonus et devotus qui bene et secure
mori desiderat taliter vivere et sic se habere ut omni hora qua deus voluerit
mori possit et ita vitam habere debet in paciencia et mortem in desiderio cum apostolo
paulo qui dicit: Cupio dissolvi et esse cum christo. Hec de scientia moriendi
breviter dicta sufficiant pro presenti. Igitur nunc de temptacionibus morien-
cium est notandum.

Sequitur secunda particula

Sciendum autem quod morientes in extremis gravissimas habent temptaciones
tales quales in vita sua numquam habuerunt. Sunt autem quinque temptaciones
quasi principales. Prima est in fide eo quod fides totius salutis exstat fun-
damentum et humane salutis inicium. Et ideo iterum dicit apostolus: Impossibile
est sine fide placere deo. Unde Joh. iii: Qui non credit iam iudicatus est.
Cum ergo totus tamquam in fide consistit vis ut sine ea nulli omnino salvi esse
possit, ideo dyabolus totis viribus hominem in extremis ab ea totaliter avertere
nititur vel saltem ad deviandum in ea ut aliquibus erroribus supersticiosis
vel heresibus sapientibus ipsum decipere elaborat. Bonus autem christianus
non solum principales fidei articulos verum eciam totam sacram scripturam in
omnibus et per omnia credere tenetur ac eciam implicite. Ac eciam statutis Romane
ecclesie statutis subiectum esse et in ipsis firmiter permanere atque mori. Aliquin
quam cito in aliquo premissorum errare incipit tam cito a via deviat vite
et salutis. Sciendum tamen indubie quod in temptacione ista atque aliis sequentibus
dyabolus nulli omnino quamdiu liberi arbitrii usum bene disponere bonus homo
nisi sponte ei consenserit aliquatenus poterit prevalere. Neque eciam igitur bonus catholicus
dyaboli illusiones terrores atque persuasiones omnes timere debet quoniam mendax
est et pater eius. Et ipsamet veritate attestante. Sed firmissime in vera fide
ac spe in matris ecclesie unitate et obediencia viriliter perseverat atque moriatur. Est
autem utile atque bonum sicut in quibusdam religionibus fieri solet ut simbolum fidei
circa agonizantes alta dicatur voce pluries quod repetatur ut per hoc in-
firmus per fidei constanciam animetur et ab eo demones qui illud audire
nequeunt abigantur. Porro ad vere fidei constanciam eciam principaliter
animare debet infirmum fidelium maiorum fidelium scilicet Abraham ysaac

Jacob. Et similiter fides infidelium ut Raab meretricis et Achior et filii
~~Et similiter fides infidelium~~ Ac fides apostolorum necnon innumerabilium martirum
confessorum atque virginum. Nam per fidem omnes antiqui et moderni deo placuere
que ut dicitur est supra impossibile est sine fide placere deo. Item ad idem etiam
inducere debet infirmum duplex utilitas fidei. Una est quod vera fides omnia potest
teste domino ihesu christo in evangelio Omnia possibilia sunt credenti. Alia est quod vera
fides omnia impetrat sicut ipse dominus ait Omnia quecumque orantes petitis credite et
accipietis. Et si dixeritis montes huic tollere etc. Sicut montes caspios
petente Alexandro magno adunati sunt. Secunda temptacio est desperacio
que est contra spem atque confidenciam quam homo habere debet ad deum. Cum enim
infirmus doloribus crucia[tur] maxime tunc dyabolus dolorem dolori super addit obi
ciendo ei peccata sua modis quibus potest ut eum in desperacionem inducat. Insuper etiam
secundum Innocencium papam tercium libro iii de vilitate condicionis humane cernit
homo tunc bona que non habuit mala vero que fecit anima de corpore cum egrediatur videt christum
in cruce positum malis ad confusionem ut erubescant se fecisse redempcionem
non habere. Secundum insuper quod dyabolus peccata homini peccata non confessa que commisit
in accione reprimat ut eum sic in desperacionem trahat. Sed tamen propter hoc de venia
quilibet sunt mare guttis et arene. Et aliqui si de eisdem peccatis nunquam aliquem confessi
fuerant et nichilominus desperare non debet. Nam in tali casu sufficit vera sola
contricio interior teste propheta Cor contritum et humiliatum deus non despicies. Et
ezechiel ait Quacumque hora peccator ingemuerit salvus erit. Unde et Bernhardus
ait Maior est dei pietas quam quevis iniquitas. Et augustinus super Johannem dicit
De nemine desperandum est dum est in hac vita. Solum enim desperacionis
crimen est quod mederi non potest. Unde et idem Non nocent mala preterita si non
placent. Nec igitur desperare debet etiam si solus totius mundi peccata commisisset. In casu
quo etiam ei constaret quod de iure dampnandus esset nullatenus tamen propter
hoc desperandum esset. Eo quod per desperacionem nichil aliud agitur nisi quod peccatis preteritis
semper deus nichilominus offenditur et peccata alia fortius aggravantur et pena que eterna
infirmus ad deum habere debet in accione cum inducit de dyabolo et in cruce
quia dicit Bernhardus Ex multis in magnum augmentatur. Propterea ad confidenciam veram quam homo precipue
Si attenderet in cruce dispositionem vide caput inclinatum ad oscula dandum, brachia
extensa ad amplexandum, manus perforatas ad largiendum latus
apertum ad diligendum, totumque corpus ad se totum impendendum. Et ille nullo
modo quisquam desperaret. Sed deo plenarie confidere. Nam hec virtus
valde laudabilis magnique meriti coram deo de qua hortatur apostolus dicens
Nolite amittere confidenciam vestram que magnam habet remuneracionem. Peccatum quod
nec peccatoris quantumcumque magni de venia debeat desperare. Exemplum habes evidentissimum in petro christum neganti. In paulo etiam persequenti. In matheo
et zacheo publicanis. In maria magdalene peccatrice. In muliere ad
ultimo deprehensa. In latrone pendenti in cruce iuxta christum. In maria
egipciaca. Necnon in aliis peccatoribus facinorosis atque sceleratis. Tercia temptacio est impaciencia que est contra caritatem qua tenetur deum diligere super omnia.
nam morientis maximus dolor accedit habitus precipue qui non morte
naturali que rara est sicut manifestum docet experiencia sed frequenter accidentibus

puta febre aut apostemate aut alia infirmitate graui atque longa dissoluitur
que infirmitas plerosque et precipue ad mortem indispositos et multe morte
tes ad desiderium vere caritatis adeo reddit impacientes atque murmurantes ut plerosque
communio dolore et impaciencia amentes et insensati videantur sicut sepe visum est
in multis Ex quo vere constat quod tales nunquam in bona defuncti caritate teste Jeronimo
qui aut quicunque cum dolore egritudinem vel mortem suscipit signum est quod deum
sufficienter non diligit Necesse ergo est omni homini qui bene mori voluerit ut
qualemcunque infirmitatem quantumcunque afflictiuam longam vel breuem ante mortem et in mor
te non murmurauerit eo quod teste Gregorio in moralibus iusta sunt cuncta que patimur
et ideo valde iniustum est si de iusta passione murmuramus quod patet
sicut secundum Luce In paciencia vestra possidebitis animas vestras Nam sicut per pacienciam anima possidetur
et custoditur Sic per impacienciam atque murmur anima perditur atque dampnatur
teste Gregorio in omelia quod sicut aut regnum celorum nullus murmurans accipit Sic
aut sicut Albertus magnus de vera caritate dicit vere contriti ad omnem afflictionem
infirmorum et pauperum letanter se offerrent ut pro offensa deo satisfacere digne possent
Et non magis infirmus suam propriam solam infirmitatem sed multas aliorum infirmitates sustine
comparatione leuiorem Hec patet et libenter sustinere [illegible] cum infirmitas ante mor
tem sit quasi quoddam purgatorium tolleratur ut eo paciencius libenciusque contrite
tolleratur Nam secundum Albertum Non solum contriti indigemus in hiis que sunt
ad nostram consolacionem Sed eciam in hiis que sunt ad nostram afflictionem [illegible] aut diuina
dispensacione agitur ut prolixiori vicio prolixior pena [illegible] adhibeatur
Dicat ergo quilibet infirmus et precipue moriturus cum Augustino hic seca hic vre
ut in eternum michi parcas [illegible] deus temporale adhibe seueritatem
ne eternam inferat vltionem Cum autem temptacio ista militet contra caritatem sine
qua nullus omnino potest esse saluus Ideoque caritas vera paciens est atque omnia suffert
teste apostolo vbi studiose notandum atque ponderandum est quod qui dicit omnia nichil penitus
excipit Omnes ergo corporis egritudines sine murmure et difficultate mentis
tollerande sunt Vnde Augustinus Amanti nichil difficile neque impossibile Tercia temptacio
est sui ipsius complacencia que est superbia spiritualis [illegible] deuotis ac religiosis atque
perfectis magis [illegible] est infestus Cum enim ad deuiandum a fide aut ad desperacionem vel
ad impacienciam non potest inducere tunc aggreditur eum per sui ipsius complacenciam talis
in eum iaciens cogitaciones O quam firmus es in fide quam fortis in spe et quam
constans in paciencia O quam multa bona operatus es et huiusmodi Sed contra hec dicit
ysidorus Non te arroges non te iactes non te insolenter extollas nichil de te
presumas nichil boni tibi tribuas Nam tanta posset esse sui ipsius complacencia
vel presumpcio quod homo dampnaretur Vnde Gregorius [illegible] reminiscendo bona que gessit
[illegible] apud se extitit apud auctorem humilitatis cadit Sed iste moriturus et [illegible]
[illegible] senciat se temptari ita ut se tunc humiliet atque deprimat peccata sua
recogitando et quod ignorat an odio aut amore dignus sit Nec autem desperet sed
nichilominus cor suum ad deum erigere per spem dei misericordiam que est super omnia opera eius
recogitando atque ponderando Et quod fidelissimus deus qui est veritas infallibilis
iurando per prophetam repromisit dicens viuo ego dicit dominus nolo mortem peccatoris sed ut
conuertatur magis et viuat [illegible] Anthonius Cum diabolus dixit Anthoni tu me vicisti
Cum enim volo te exaltare tu te deprimis Et cum te volo deprimere tu te erigis
Sic ergo faciat quilibet siue sit sanus siue infirmus et victus est diabolus Quarta temptacio
que magis seculares atque carnales infestat est nimia occupacio [illegible]
atque exteriorum videlicet vxores et liberos amicos carnales diuicias atque alia que

inordinate in vita sua dilexerit. Nam qui libenter et secure mori voluit debet omnia temporalia et exteriora simpliciter atque totaliter postponere et se totum deo plenarie committere. Unde Seneca super extrema similiter dicit. Quilibet infirmus cum se iam videt moriturum vult mori et plene consentit in mortem ac si eam pro se elegisset penam mortis sic patienter sustinendo satisfaciat pro omnibus venialibus peccatis primo aufert aliquid ad satisfaciendum pro mortalibus. Ex quo patet quam utile est atque omnino necessarium in tali necessitatis articulo voluntatem suam per omnia divine voluntati conformare ut dicit Petrus. Raro aut aliquis secularis vel carnalis etiam religiosus vult se ad mortem disponere aut quod deterius est quod ipse de hac re audire. Etiam cum ipso facto iam agonizat sperant se evasuros quod tamen periculosissimum est atque absurdissimum in homine christiano ut dicit Cancellarius Parisiensis. Notandum vero quod dyabolus in omnibus temptacionibus poterit hominem nequaquam cogere potest nec etiam ei aliquis aliquatenus prevalere ut sibi consentiat quamdiu usum habet rationis nisi sponte ei voluerit consentire quod certe non solum bono christiano verum etiam cuilibet peccatori quantumcumque magno sit omnino est cavendum. Unde apostolus. Fidelis est deus qui non patietur vos temptari super id quod potestis. Sed faciet etiam cum temptacione proventum ut possitis sustinere. Ubi sic dicit glossa. Fidelis est deus et verax in promissis qui dat vobis resistere potentibus viriliter et perseveranter dat potentiam ne vincamini dat gratiam ut mereamini confirmat ut vincamus faciet proventum in virtutis augmentum proveniendum ut possitis sustinere ne deficiatis sed vincatis quod fit per humilitatem; unde Augustinus. Illi non trepidant [?] in fortitudine qui non habent venenum superbie. Humiliter igitur se omnino ponat sub potenti manu dei et victoriam obtinere poterit cum angelis in omni temptacione, concupiscentie et tribulationum malorum et dolorum usque ad mortem inclusive.

Tertia particula

Deinde fiant interrogationes que fieri debent a morientis dum adhuc usum habet rationis et loquendi et hoc ideo ut si quis minus dispositus fuerit ad moriendum de meliori informetur atque in eo confortetur. Fient autem interrogationes iste secundum Anshelmum episcopum sic. Primo queratur sic. Frater letaris quod in fide christi morieris. Respondeat etiam. Fateris te etiam non tam bene vixisse sicut debuisses. Respondeat etiam. Penitet te. Respondeat etiam. Habes voluntatem emendandi si spacium vivendi haberes. Respondeat etiam. Credis quod pro te mortuus est dominus noster Ihesus Christus filius dei. Respondeat etiam. Agis ei de hoc ex corde gratias. Respondeat etiam. Credis te non posse nisi per mortem eius salvari. Respondeat etiam. Age ergo dum in te est anima tua ei semper gratias et in hac sola morte solamen et fiduciam tuam constitue in nulla alia te fiduciam habeas. Huic etiam morti te totum committe. Hac morte te totum contege. Huic morti totum te involve. Et si dominus voluerit te iudicare dic domine. Mortem domini nostri Ihesu christi obicio inter me et te et iudicium tuum, aliter tecum non contendo. Et si dixerit quod meruisti dampnari dic. Mortem domini nostri Ihesu christi obicio inter te et mala merita mea ipsiusque dignissime passionis meritum offero pro merito quod ego habere debuissem et heu non habeo. Dicat iterum. Domine mortem domini nostri Ihesu christi pone inter me et iram tuam. Deinde dicat ter In manus tuas domine commendo spiritum meum. Et conventus [?] dicat conventus vel astantes. In manus tuas domine commendamus spiritum eius et securus morietur nec videbit mortem in eternum. Quoniam vero huiusmodi interrogationes predicte solum personis religiosis et devotis competere atque sufficere videntur debent tamen omnes christiani sive seculares sive regulares secundum Cancellarium Parisiensem modo subsequenti de suo statu et salute in agone constituti atque clarius inquiri atque informari. Et primo sic. Credis omnes principales fidei articulos et insuper totam sacram scripturam per omnia secundum sanctorum catholicorum atque orthodoxorum sancte matris ecclesie doctorum expositionem. Et detestaris

omnes hereses et errores atque superstitiones ab ecclesia reprobatos. Et letaris insuper
quod in fide Christi, et sancte matris ecclesie unitate et obediencia morieris. Secundo queratur si
recognoscis te creatorem tuum sepe et multipliciter atque graviter offendisse. Nam
Bernardus super Cantica: Sit autem secundo nemini absque sui cognicione salvari. De qua
nimirum matre salutis humilitas oritur et timore domini, qui utique inicium est
sapiencie ita et salutis. Tercio dolens ex corde de omnibus peccatis contra dei ma-
iestatem, amorem atque bonitatem commissis atque bonis omissis et graciis neglectis
non solum timore mortis vel pene eterne sed magis amore dei et iusticie
ex caritate qua tenemur deum super omnia diligere et penitens super omnibus istis
veniam optas. Insuper cor tuum illuminari ad oblitorum cognicionem ut de eis
specialiter valeas penitere. Quarto proponis veraciter te velle emendare
si supervivere deberes et numquam plus mortaliter peccare, sicuti et proposito
sic potius omnia quecumque terrena dimittere ymo etiam vitam corporalem
perdere antequam deum plus velles offendere. Rogas insuper deum ut
det tibi graciam hoc propositum continuandi et non recidivandi. Quinto indulges
ex corde omnibus qui tibi umquam aliquod nocumentum verbo vel facto intulerunt
atque offenderunt ob amorem et reverenciam domini nostri Ihesu Christi a quo et tu ve-
niam speras. Petis etiam similiter indulgeri et remitti tibi ab hiis quos offendisti.
Quemadmodum Sexto vis per te ablata restitui integraliter in quantum teneris
iuxta tuarum facultatum valorem. Etiam ad omnium bonorum tuorum cessionem
atque renunciacionem ubi aliter satisfactio fieri non valet. Septimo queratur
si credis quod pro te mortuus sit Christus et quod aliter salvari non potes
nisi per meritum Ihesu Christi et agis etiam de hoc deo gracias ex corde in quantum vales.
Cuicumque vero ad predictas interrogaciones ex conscientia bona et fide non ficta bene
potest affirmative respondere satis evidens augmentum salutis habet. Quod si
predictis affirmative respondere dubitat, quod sit domino salvandus. Cuicumque vero de premissis ab alio interrogatus
defuerit quod sit [illegible] sanus sit, [illegible] atque recta qui huius artis habent scientiam in
fine. [illegible] satis pauci atque rari consideranda. Atque aliter
[illegible] redeat. Interrogationes [illegible] considerando. ita
sit dispositus ut prefertur, eo quod absque tali dispositione nulli omnino potest esse salus.
Cum autem sic dispositus est ut dictum est, se totum passioni Christi recommendet
et committat et continue inquantum possit, et infirmitas permiserit eam revolvat
atque meditetur. Nam per hec omnes dyaboli temptaciones et insidie maxime superantur.

Tercia particula.

Preterea secundum Gregorium omnis Christi accio nostra sit instructio. Ideo ea que Christus in cruce moriens fecit eadem
faciat moriens pro suo modulo atque possibilitate in extremis existens. Sunt autem quinque que
fecit autem Christus in cruce. Quinque oravit enim. Nam ut dicitur orasse perhibetur istos
psalmos: Deus deus meus respice in me et octo sequentes usque ad versum istum: In
manus tuas domine commendo spiritum meum. Item clamavit teste apostolo ad Hebreos. Item
flevit. Item commendavit animam suam. Item atque spiritum reddidit ut evangelista attestatur.
Sic in simili modo agendo consistit orare, et primo quidem sic orare corde si non
potest voce. Unde Ysidorus: Melius est cum silencio orare corde sine sono
vocis quam solis verbis sine intuitu mentis. Secundo et clamare fortiter
corde non voce. Plus enim attendit deus cordis desiderium quam clamorem
vocis. Nam corde clamare non est aliud nisi peccatorum remissionem vitamque eternam
fortiter desiderare. Tercio et plorare non oculis carnalibus sed lacrimis
cordis scilicet vere penitendo. Quarto animam deo commendat dicens: In

manu tuas etc. Commendo spiritum tradat ut videlicet voluntarie moriatur voluntate
suam in hac parte conformans voluntati ut quamprimum quamdiu agonizans
loqui et usum racionis habere poterit sequentes dicat obsecraciones. Oro
O superna deitas immensa bonitas clementissima et gloriosissima trinitas
summa dilectio amor et caritas miserere michi misero peccatori tibi commendo
spiritum meum. Item dicat: Deus meus piissime propter misericordiam tuam fac cum
paupercula creatura tua. Adiuva me in hora mortis in ultima necessitate succurrere
dignare mee egenti et desolate anime ut non a canibus infernalibus devoretur.
Item dulcissime et amantissime Ihesu Christe fili dei vivi, ob honorem et virtutem tue benedictissime
passionis iube recipi inter numerum electorum tuorum salvator et redemptor meus
redde me totum tibi non me renuas ad te venio non me repellas. Item dicat
Domine Ihesu Christe, paradisum tuum postulo non ob valorem meorum meritorum
cum sim pulvis et cinis et peccator miserrimus sed in virtute et efficacia tue
sacratissime passionis per quam me miserum redimere voluisti et michi paradisum
tuo precioso sanguine emere dignatus es. Item dicat pluries vel ad minus ter
istum versum: Dirupisti domine vincula mea tibi sacrificabo hostiam laudis.
Nam versus iste secundum Cassiodorum tante virtutis creditur ut peccata hominis
dimittantur si in fine vite trina confessione dicatur. Item dicatur Domine
Ihesu Christe per illam amaritudinem quam propter me sustinuisti in tempore passionis illa
hora quando sanctissima anima tua egressa est de corpore tuo miserere michi et
anime mee in egressu suo. Item post hec moveat sanctissime atque instantissime
corde et ore impetret precibus gloriosissimam virginem Mariam omnium peccatorum efficacissimam
atque promptissimam mediatricem atque adiutricem sic dicens:
O regina celorum mater mea refugium peccatorum reconcilia me unigenito
filio tuo clementissimo pro me indigno peccatore interpella ut ob amorem tuum
mea remittat crimina perducens in gloriam suam angelos de hinc pertransibus
miniter sic incipiens. O spiritus celestes angeli beatissimi assistite quesumus michi
migranti ex hoc seculo et potenter me eripite ab omni adversariorum meorum
insidiis et animam meam in vestrum consorcium assumite. Tu precipue angele
bone custos meus michi a deo deputatus. Deinde apostolos martires confessores
atque virgines specialiter tamen illos sanctos vel sanctas quos vel quas prius sanus
in veneracionem habuit et dilexit in auxilium sibi invocet in isto necessitatis articulo
diligenter. Item dicat deinde ter vel ultra hec verba vel similia in sententia
que beato Augustino ascribuntur. Pax domini mei Ihesu Christi et virtus
passionis eius et signum sancte crucis et integritas beatissime virginis Marie
et benediccio omnium sanctorum et custodia angelorum necnon suffragia omnium electorum
sint inter me et omnes inimicos meos visibiles et invisibiles in hac hora
mortis mee. Amen. Postea subiungat etiam ter dicendo versum istum
largam clare proferre: Si non misereris peccatoris obsecraciones omnes non sancte fiat
vel infirmitate inbalbuciente dicere non possit et tunc orando domino spiritum reddat et sal-
vus erit. Secunda particula. Notandum deinde sane atque salu-
briter advertendum quod rarissime aliquis eciam inter religiosos et devotos ad
mortem se disponit tempestive ut oportet. Ergo quilibet diu vivere se victurum
estimat nequaquam se credens cito moriturum quod in invictum instinctu dyaboli
fieri certum est. Nam sicut dicit clarius constat plurimi per tale inane

spem semper neglexerint aut intestati vel improvisi et indispositi moriantur
Quapropter quisque caritatem et timorem dei necnon zelum habeat animarum
tales utique omnino personas egrotantem aut in alio anime vel corporis
periculo studeat sollicitius inducere et monere quanto primo et premunitus omnibus
propositis de spirituali medicina et remedio spiritualis et provideat indilate
frequenter enim ut quedam decretalis dicit corporalis infirmitas ex anime lan-
guore oritur etc. Et ideo papa per eandem decretalem cuilibet medico corporis
districte precipit ne cuiquam egroto corporalem conferat medicinam priusquam
ad spiritualem medicum requirendum eundem moneat et inducat. Sed
heu ista tamquam ab omnibus vertitur in contemptum. Plures enim homines
tempore carnalem querunt medicinam quam spiritualem. Omnibus etiam omnia
mala alia et adversa pro peccatis nutu dei solent evenire propheta attestante
qui ait Non est malum in civitate quod dominus non faciat. Intellige non malum
culpe sed pene pro culpa. Circa obitum infirmus quisque aut in alio co-
stitutus periculo studiosius exortetur inducendus ut ante omnia cum deo
pacem et faciat spiritualem premissis omnibus adhibitis sacramenta videlicet circa
devote recipiendo testamentum ordinando domum suam atque negocia alia
sicque hec licite disponendo. Intelligimus autem infirmo detur spes nimia
corporalis sanitatis consequende cuique in continuum iam frequenter fieri solet a
multis in periculum animarum. Etiam circa illos qui actu agonizant eo quod
nullus eorum aliquid audire vult de morte. Unde Gumellarius Parisiensis
Sepe per unam talem inanem spem et flattam consolationem et ficta sanitatis cor-
confidenciam certam incurrit homo dampnacionem. Et ideo hortandus est
infirmus ut per veram contricionem puramque confessionem anime procuret
sanitatem quod etiam ad salutem corporis si sibi fuerit expediens valere
poterat. Et ita quietior erit et securior. Cum autem teste Gregorio vera conversio
in fine rara sit cumque secundum Augustinum in sermone de ij aliosque doctores
penitencia que incipit in extremis vix sit vera penitencia ad salutem sufficiens
In illis precipue sic constat qui toto tempore vite sue precepta divina vetaque ipso
nunquam atque verarunt sed solum ficte atque simulatorie servarunt
Idcirco cuicumque tali ad mortis articulum deducto est suadendum quod secundum
suam possibilitatem mentis racione laboret et penitenciam ordinatam seu veram
ut videlicet non obstante dolore vel timore inherenti utatur racione magis
pro et contra displicenciam voluntariam propter finem debitum i. propter deum
et remittatur male inclinacioni ipsius et delectacioni precedenti. Et laboret
ad displicenciam in quantum potest licet brevem. Et ne in desperacionem inducatur
proponantur ei illa que supra in secunda particula de temptacione desperacionis
dicta sunt. Similiter moneatur ut etiam contra alias temptaciones ibidem positas
animosius existat fortiter atque viriliter repugnando pressurum eum per diversas
minime passurum deum. Item moneatur etiam ut decedat tamquam verus et
fidelis christianus. Attendatur insuper an vinculo excommunicacionis astrictus
teneatur ut informetur quantum in hac totis viribus ordinacioni sancte matris
ecclesie se submittat ut absolvatur. Item si moratur prolixum tempus
spacium ad suam recollectionem habeat ut non morte subitanea preveniatur

legende sunt coram eo a principalibus historie et orationes devote in quibus prius sanus am-
plius delectabatur vel recommendatio sue divina pagina quod confundens medicetur si cum
invenerit tamen ea negligenter deliquisse. Si infirmus usum loquendi perdidit
[illegible] tamen sana et integra notitia ad interrogationes [illegible] vel orationes coram eo re-
citatas signo aliquo exteriori vel solo cordis consensu videat: hec enim sufficit
ad salutem. Curandum tamen est ut interrogationes fiant antequam usum loquendi
perdat. Nam si interrogationibus dictis apparuerint responsiones infirmi non usque
quaque sufficientes ad salutem consistere remedium per informationem apponatur modo
quo fieri potest meliori. Verum si manifestum est ei fuerit periculum quod meretur
non obstante si de hoc plurimum terreatur. Justius est enim ut cum timore salubri
compungatur et salvetur quam quod cum blandiciis et dissimulationibus [illegible] condemp-
netur. Absurdum quippe nimis est et christiane religioni contrarium primo [illegible]
ut homini sano [illegible] mortis et anime periculo ex humano timore ne con-
turbetur absconditur quod tamen ysaias propheta regem Ezechiam egrotantem
usque ad mortem salubriter terruit dicens enim morieris tamen adhuc
mori non debet. Et Gregorius [illegible] in mortis periculo constitutum
ut in quarto libro legitur terruit ad salutem. Item ponatur in conspectu ymago
crucifixi que semper tamen infirmos est innata vel etiam beate virginis vel alterius sancti
quem prius sanus venerabatur. Habeatur etiam ibi semper aqua benedicta que super infirmum
et alios circumquaque frequenter aspergatur ut sic ab eadem demones compescantur.
Si non omnia premissa brevitas sinat proponende sunt orationes ille [illegible] que
salvatori domino meo ihesu christo diriguntur. Nequaquam etiam cuiquam morienti amici
carnales uxor liberi divitie ac alia temporalia ad memoriam reducantur nisi
in quantum infirmi spiritualis sanitas postulat et requirit. Porro in manibus ista
que continent materias [illegible] subtilissime considerentur atque ponderentur singula
puncta et sententie quibus adiuncta sunt adverbia quia non verbis sed adverbiis
meremur prout in compendio theologice veritatis li. ii. c. i. continetur. Cui autem
placet libere sine periculo bene et secure mori debet meritorio talis curare et
studiosius ut moriendi artem cuiusque dispositionis premissam dum adhuc sanus est
sollicitius studeat atque discat neque mortis expectans ingressum. Nam dico
tibi frater carissime in veritate crede michi quod morte aut graviter infirmitate [illegible]
[illegible] devotio egreditur. Et quanto propinquius hec accesserit tanto longius illa
fugam dabit. Si ergo non vis decipi nec errare, si vis securus esse instanter
age quod potes dum sanus es et usum habes [illegible] rationis ac domini
mors [illegible] esse possis. O quam multi primo infirmi ultimam [illegible]
[illegible] neglexerunt. Vide [illegible] si placet ne et tibi sic
contingat. Nulli autem incongruum vel inane videatur de tam sollerti cura
atque sollicita dispositione ac studiosa exhortatione [illegible] morientibus ut premittitur
adhibenda. Certa namque tanta talis que [illegible] necessitas [illegible] est inducta
ac memorabit ut si possibile esset tota civitas ad morientem convenire deberet
festinanter sicut in quibusdam religionibus mos exstat, ubi statuuntur quod in primis
morti appropinquante [illegible] ut mox audita tabula quamquam ubi fuerint dimissis
omnibus occurrant [illegible] morienti. Unde et dicitur quod religiosi et milites
propter sui status honestatem currere non debeant nisi ad mortem et ad ignem.

Sexta particula

Ultimo sciendum quod orationes sequentes dici [illegible]

super infirmum laborantem in agone qui si est persona regularis tue congregationis primo
conventus cum tabula ut moris est, premittatur letania cum orationibus et psal
mis consuetis atque ordinariis more solito. Postea si adhuc supervivit subiungantur
orationes subsequentes ab aliquo presbitero prout oportunum fuit et tempus patiatur
que etiam pluries recitari poterunt propter infirmi devocionem si usum habuerat
ravis. Hoc tamen de salutis necessitate non est sed propter infirmi commoditatem atque
devocionem laborantis in extremis si fieri potest. Porro apud infirmos seculares
dicantur orationes iste prout dispositio ac commoditas ipsorum ac assistentium
id requirat et tempus sinat. Sed sunt heu paucissimi verum etiam in plerisque
religionibus qui huius sancte sciant artem et in mortis articulo fideliter
suis proximis assistant, Interrogando ammonendo, informando ac etiam
pro ipsis orando ut oportet. presertim cum etiam ipsi morientes non cum
mori velint et ita anime morientium miserabiliter periclitantur

Sequuntur orationes. Per amorem qui te dignissimum innocentissimum,
et dilectissimum patris eterni filium pro nobis factum hominem fecit vulnerari
ac mori pro salute hominis Indulge famulo tuo N. misericordissime Ihesu,
omne quod cogitatu vel dicto vel facto affectionibus vel motibus viribus vel sensibus
anime et corporis deliquit et in veram remissionem tribue illi sufficientissimam emendam
illam qua totius mundi culpas solvisti ac in plenam suppletionem omnis neglige
ntie sue. Adde ei perfectissimam conversationem illam qua ab hora conceptionis
tue usque in horam mortis habuisti et insuper fructum omnium bonorum operum
que tibi ab initio mundi usque in finem ab omnibus electis placuerunt vel placere
potuerunt. Qui vivis et regnas etc.

In unione ferventissimi amoris qui te vitam omnium viventium coegit incarnari
et amaro spiritu in cruce mori pulsamus ad medullam benignissimi cordis
tui ut anime famuli tui omnia peccata dimittas et tua sanctissima conversatione
ac perdignissimo passionis tue merito omissa suppleas faciasque eam experiri
superhabundantissimam multitudinem miseracionum tuarum. Nobisque omnibus specialiter
illam personam scilicet fratrem meum que proximo vocare disponis preparas placi
dissimo tibi modo [illegible] et continuitate utilissimo cum dulci patientia, vera penitentia
plena remissione fide recta spe firma et caritate perfecta, ut in perfectissimo statu
inter dulcissimum amplexum et suavissimum osculum tuum feliciter expiret ad tuam
eternam laudem Amen. In manus incognoscibilis misericordie tue. pater
sancte pie iuste et amantissime commendamus spiritum famuli tui N. fratris mei
secundum magnitudinem amoris quo se anima filii tui sanctissima in cruce tibi com
mendavit suppliciter deprecantes. Et nunc per illam inestimabilem dilectionis
caritatem qua tua divina paternitas in se totam traxit illam sanctissimam animam
ut in ultima hora famuli tui fratris mei suscipias in eodem amore spiritum eius Amen

Sancte Michael Archangele domini mei Ihesu Christi, succurre nobis apud
altissimum iudicem. O pugil invictissime assiste mihi famulo tuo N.
fratri meo in extremis valde laboranti et defende eum potenter a dracone
infernali et ab omni fraude malignorum spirituum. In super exoramus
te preclarum et atque decorum ministrum summe divinitatis ut in hac extrema
hora vite fratris mei N. benigne suscipias et leniter animam eius in
sinum tuum sanctissimum et perducas eam in locum refrigerii pacis et quietis

Intemerata et in eternum benedicta virgo Maria Adiutrix omnium

angustie et necessitatis. Quatenus nobis dulciter et unde famulo tuo N. fratri meo tuam gloriosam faciem in ultima necessitate sua. Et disperde omnes inimicos eius in virtute dilecti filii tui domini mei Jhesu Christi et sancte crucis et libera eum de omni angustia corporis et anime et laudes dicat uno deo in secula seculorum Amen.

Pia mei dulcissime redemptor piissime Jhesu benignissime per istam lacrimabilem vocem quam in humanitate moriens pro nobis doloribus et passionibus adeo consumptus es ut te derelictum a patre clamares Ne longe facias a famulo tuo N. fratri meo, auxilium tue miserationis in hora et momento afflictionis anime sue per defectionem et consumptionem spiritus te invocare in extrema hora non valentis sed per triumphum sancte crucis et per virtutem salutifere passionis et amorose mortis tue cogita de ea cogitationes pacis et non afflictionis sed misericordie et consolationis et libera ab omnibus angustiis. Miserere manibus quas pro ea in sancta cruce figi permisisti clavis acutissimis Jhesu bone et dulcissime pater et domine eterne deus eripe eam a tormentis sibi deputatis et perduc eam in eternam requiem cum voce exultationis et consolationis Amen.

Misericordissime domine Jhesu Christe fili dei vivi In unione illius commendationis qua animam tuam sanctissimam patri tuo celesti in cruce moriens commendasti Commendamus ineffabili pietati tue animam famuli tui N. fratris mei orantes misericordissimam bonitatem tuam quatenus per omnem honorem et meritum eiusdem anime tue sanctissime per quam salvantur omnes anime et a morte debita liberantur anime famuli tui N. fratris mei misericors liberans eam integre ab omnibus miseriis et penis et perducas eam propter amorem et intercessionem tue dulcissime matris ad contemplandam gloriam tue jocundissime visionis. Qui vivis et

Deus misericors deus clemens deus qui secundum multitudinem miserationum tuarum peccata penitentium deles et preteritorum criminum culpas venia remissionis evacuas. Respice propitius super hunc famulum tuum N. fratrem meum et remissionem omnium peccatorum suorum tota cordis confessione exposcentem, exaudi deprecatus renova in eo piissime pater quicquid in eo terrena fragilitate corruptum vel quicquid diabolica fraude violatum est, et in unitatem corporis ecclesie membrum redemptionis annecte. Miserere domine gemituum, miserere lacrimarum eius et non habentem fiduciam nisi in tua misericordia ad tue sacramentum reconciliationis admitte. Per Christum dominum nostrum.

Commendo te omnipotenti deo carissime frater, et ei cuius es creatura committo ut cum humanitatis debitum morte interveniente persolveris ad creatorem tuum qui te de limo terre formavit reverteris. Egredienti itaque anime tue de corpore splendidus angelorum cetus occurrat. Judex apostolorum tibi senatus adveniat. Candidatorum tibi martirum triumphator exercitus obviet. Liliata rutilantium te confessorum turma circumdet. Jubilantium te virginum chorus excipiat et beate quietis in sinu patriarcharum tibi amplexus appareat qui te inter assistentes sibi iugiter interesse decernat. Ignores omne quod horret in tenebris, stridet in flammis, quod cruciat in tormentis. Cedat tibi teterrimus sathanas cum satellitibus suis in adventu tuo te comitantibus angelis contremiscat atque in eterne noctis chaos immane diffugiat. Exurgat deus et dissipentur inimici eius et fugiant qui oderunt eum a facie eius. Sicut deficit fumus deficiant, sicut fluit cera a facie ignis sic pereant peccatores a facie dei. Et iusti epulentur et exultent in conspectu dei. Confundantur igitur et erubescant omnes tartaree legiones et ministri sathane

Item tuum impedire non audeant. Liberet te a cruciatu xpus qui pro te mori dignatus
Constituat te xpus filius dei vivi intra paradisi sui amena gaudia et ipse vi
renaci etiam inter oves suas, verus te ille pastor agnoscat. Ille ab omnibus
peccatis tuis te absolvat atque ad dexteram electorum suorum sorte te constituat
ut redemptorem tuum facie ad faciem videas et xpus semper assistens manifestissimis
bus oculis aspicias veritatem. Constitutus usque inter agmina beatorum contemplationis
divine gaudia potiaris in secula seculorum amen etc.

Allocutio anime morientis

Proficiscere anima xpiana de hoc mundo In nomine patris omnipotentis qui
te creavit In nomine Jhesu xpi filii eius qui pro te passus est In nomine spiritus
sancti qui in te fusus est. Occurrant tibi et succurrant tibi angeli et archangeli
Throni et dominationes principatus potestates atque virtutes Cherubim et Seraphin
Subveniant tibi patriarche et prophete apostoli et evangeliste martires et confessores
Monachi et heremite virgines et vidue infantes innocentes Adiuvent
te orationes omnium sacerdotum et levitarum Et omnis ecclesie catholice gradum
ut in pace sit locus et habitatio tua in iherusalem celesti per dominum nostrum Jhesum xpum etc.
Item alie orationes devote et utiles dicende super agonizantem in mortis
articulo sumpte extra de exemplo ut sequitur
Fuit quidam papa qui cum ad extrema venisset interrogabat Capellanum
suum virum probum honestum et devotum quem plurimum diligebat quibus suffragiis
post mortem eum vellet iuvare apud deum. Qui mox respondit quod omnibus modis
quibus posset et quantumque inceret pro salute anime sue sibi facere vellet. Cui
papa ait Non peto a te aliud subsidium nisi cum videas me in agonia
positum dominicam orationem pro me tribus vicibus dicas. Qui mox se hoc libenter
affirme promisit facturum Ad quem papa Cum primum pater noster dixeris dic in
honore agonie Jhesu xpi Obsecramus ut multitudinem sui sudoris sanguinei
quem pre meroris sui angustia pro nobis copiosissime effudit contra multitudinem
peccatorum meorum patri offerre et ostendere dignetur pro omnibus angustiis
quas peccatis meis exigentibus merui Cum secundum pater noster dixeris. dic in
honore omnium passionum et amaritudinum Jhesu xpi quas in cruce sustinuit
Et maxime in illa hora qua anima eius sanctissima de suo corpore est egressa
patri offerre et ostendere dignetur contra omnes penas quas pro peccatis meis
cunctos meruisse. Cum dixeris tercium pater noster dic in honore ineffabilis
caritatis Jhesu xpi que xpum de celis ad terras ad tollerandas omnes amaritudines
passionum traxit ut hac caritate me salvare et celos michi aperire
dignetur qui meis meritis salvari nequeo nec celeste regnum obtinere. Hiis
dictis promisit Capellanus hec omnia libentissime se facturum Quod et fecit omni
diligentia et devotione qua potuit. Post mortem reversus est papa splendidus
et choruscans grates immensas sibi referens dicens sine omni pena se esse
liberatum. Nam post primum pater noster dominus Jhesus xpus sudorem suum san
guineum pro me ostendens omnem meam expulsavit angustiam Post secundum
pater noster per amaritudinem omnium passionum suarum omnia peccata mea ut
nubem delevit Post tercium pater noster caritate sua celos reseravit et me
cum gaudio introduxit Propter hanc revelationem quam predictus Capellanus
pluribus referebat in multis locis mos inolevit quod predictus modus orandi
apud morientes devote servatur sub spe certissima quod ipsa oratio valeat
hominem a demonibus liberare peccata delere et celeste regnum aperire. Oracio

domini mei ihesu xpi qui est benedictus in secula seculorum Amen ·
Dic ergo primo kyriel' xpel' kyriel' Dne miserere nobis Pr nr Ave m
Salvator mundi salva nos qui per crucem tuam et sanguinem tuum redemisti nos
auxiliare nobis te deprecamur deus meus. Domine ihesu xpe per agoniam et
oracionem tuam sanctissimam qua orasti pro nobis in monte oliveti quando factus est
sudor tuus sicut gutte sanguinis decurrentes in terram Obsecro ut mul
titudinem sudoris tui sanguinei quem pre timoris tui sanguinei angustia co
piosissime pro nobis effudisti offerre et ostendere digneris deo patri omnipoti
contra multitudinem omnium peccatorum nostrorum meorum (f. [illegible])

Super librum aureum et breue iuris summarium institucionum ut finis reuoluet ad principium duxi suspirandum sciam breuiter comprehendendo et puerilia ad memoriam reducendo

Imperatoriam maiestatem non solum armis decoratam sed legibus oportet esse armatam Nota ad bonam
gubernationem imperii oportet quod habeat homines armorum et doctores legum et iurium ut utrumque tempus
bene utrumque gubernari scilicet belli per arma et pacis per leges Per arma hostes reprimuntur
et per leges calumpnie repelluntur Per arma cum exercitus labore et sudore gentes barbaricas
nobis subiugamus Et per easdem leges confusas in luculentam ereximus consonanciam Item per
solercia quorundam quos nominat quos sacratissimos et fideles ex multis argumentis accepat libro
presentem institucionum componi mandat et esset prima legum cunabula et nichil inutile nichil
perperam appositum est in quo libro ad instar quatuor elementorum sunt quatuor libri Quem librum compositum
per prefectos et per eos nobis oblato et legimus et cognouimus et nunc tercius bono et robore acco-
modamus Summo opere et alacri studio has leges nostras accipite et vosmet ipsos sic eruditos — Conclusio
ostendite quod illos qui omnium tenent sperancium ut spes vos pulcherrima foueret tempore studii
foueat toto legitimo opere perfecto docet quod homo de practitate rei publice vobis credi valeat
Iusticia — De iusticia et iure
Iusticia est constans et perpetua voluntas ius suum
unicuique attribuens Iuris prudencia est diuinarum atque humanarum rerum noticia iusti scilicet ad fa-
ciendum atque iniusti ad cauendum sciencia Oriens primo per leuia postea per subtilia tractanda est
et auditores desperati quia non intelligunt sciam seu studium deserunt Iuris precepta sunt
hec honeste viuere alterum non ledere ius suum unicuique tribuere Post dicit quod huius studii cognicio sunt
a cognicione iuris publici et priuati Publicum quod ad statum rei Romane pertinet Priuatum quod
ad singulorum utilitatem pertinet Priuatum de quo postea dicit subdiuiditur quia colligitur ex naturalibus
preceptis aut gencium aut ciuilium Ius naturale est quod omnia animalia docuit ab isto descendit — De iure naturali gencium et ciuili
maris et femine coniunccio quod nos inter homines matrimonium appellamus et liberorum procreacio et
educacio et istud ius est commune hominibus et animalibus Ius naturale procedit ab instinctu nature Ius
gencium a racione naturali Ideo animalia sunt huius iuris perita Ius ciuile quod quisque populus ius sibi con-
stituit Et dicitur ciuile quasi proprium ipsius ciuitatis Sed ius gencium dicitur quod racio naturalis inter homines
constituit et dicitur gencium quasi eo iure omnes gentes utuntur Et istud ius gencium omni humano generi
commune est Nam usu exigente humane necessitatibus imminentibus gentes humane quedam iura sibi
constituunt bella enim exorta sunt et captiuitates secute et seruitutes que sunt iuri naturali contraria quia
omnes homines liberi nascuntur Et hoc iure gencium omnes pene contractus introducti sunt
emptio etc Et omne ius constat ex scripto et non scripto Scriptum est lex plebiscitum se-
natus consulta magistratuum edicta responsa prudentum Lex est quod populus Romanus senatore ma-
gistratum interrogante veluti consule constituebat Plebiscitum quod plebs plebeio magistratu interrogante
constituit Plebs a populo differt quasi species a genere Nam populus est genus comprehendens nobiles
et ignobiles plebs species comprehendens tantum ignobiles Lex plebiscitum inde dicta est lex ortensia
que tantum valet sicut cetere leges senatorum Senatus consultum est quod senatus iubet et constituit quia
populus autem difficile potuit congregari Ideo visum est equum senatum loco populi consuli Sed quod princi-
pi placuit legis habet vigorem per epistolam constituit vel cognoscens decreuit edicto precepit
legis esse constat sed si ob meritum aliquem indulsit vel aliud puniuit hoc non trahitur aliis in exemplum
Pretorum eciam edicta dicuntur quia vocatur ius honorarium factum ab illo qui honorem gerit Item edilles — sunt custodes domorum
iura constituunt Responsa prudentum dicuntur sentencie et opiniones eorum qui erant positi ut iura interpreta-
rentur quorum responsa iudicantes inde sequi debebant Ex non scripto ius venit quod usus approbauit
Nam diuturni mores consensu utencium approbati legem imitantur Sed et naturalia iura apud omnes
gentes pariter seruantur diuina quadam prudencia constituta sunt firma et immutabilia erant ea
sepe que vero quisque ciuitas sibi constituit sepe mutari solent vel tacito consensu populi vel alia post
lege lata Post dicit quod omne ius pertinet ad personas vel res vel acciones et incipit de iure
personarum quorum quanta iura facta sunt — De iure personarum
Summa est diuisio quod homines sunt liberi aut serui Libertas liberi dicuntur et dicitur libertas quod cuilibet
licet facere excepto quod vi aut iure prohibitum est Seruitus est de iure gencium qua quis contra naturam
dominio alterius subiacet Serui autem fuit quia capti in bello non occiduntur aut nascuntur ut nati

Ingenuus ex ancillis in seruorum conditione nulla est differentia / Sed in libertorum multa / Ingenuus dicitur qui statim ut
natus est liber / esto quod natus ex patre seruo dummodo tamen mater sit libera · vel esto quod patrem
incertum vel vulgo conceptum / sufficit matrem liberam tempore quo nascitur · licet tempore quo concepit
esset serua / vel econtra quia calamitas matris · non debet filio nocere · vel sufficit medio tempore
pregnationis ipsam liberam

de libertino Libertini sunt · qui ex iusta seruitute manumissi sunt / Manumissio est datio libertatis / nam
quamdiu in seruitute est manui et potestati suppositus est / Et manumissio est ius gentium quia
iure naturali omnes homines liberi nascuntur / Multimode manumissio procedit / uel enim ex sacris
constitutionibus in sacrosanctis ecclesiis aut vindicta et inter amicos vel per epistolam · et testamento
vel qualibet ultima voluntate / Serui autem a dominis manumitti solent velut cum pretor
proconsul vel presses in balneum vel in theatrum est / Libertinorum status tripertitus antea
fuit / quia quidam maiorem libertatem · quidam mediam · quidam minorem sequebantur / Sed hodie
ad unam est redactum · sic una libertas ab unoquoque fiat / Non tamen cuilibet manumittere licet
et ex quibus causis manumittere non (ut?) cum in fraude creditorum non licet · tamen licet dominus cum soluendo non est testamento seruum
suum cum libertate heredem instituere / ut fiat liber et heres solum satisfaciat creditoribus · et
cuius nomine res vendantur / ne iniuria defuncto afficiatur / Et si ipsum heredem tamen fecerit et
liberum instituisse censetur / quia non est verisimile · ergo cum heredem facit · velle cum remanere seruum
et sine herede remanere in fraude non manumittit · qui cum manumitteret erat non soluendo
· vel postquam desinit esse non soluendo / si ista non sufficiunt nec manumissi fraudandi cum
habuit · Dominus cum defalcatibus suis · ut supra · si in eis est · sperent homines reguntur possessio
et res · quod bona non sufficiant creditoribus / minor xx^ti annis non debet manumittere per possessionem
vindicta nisi consilium iusta causa probata fiunt manumissiones /

Collactaneus duo pueri sugentes unam nutricem Iuste autem cause · scilicet si patrem · matrem · filium fratrem etiam naturalem · et pedagogum et nutricem · aut
educatorem / aut alumpnum / aut collactaneum · et seruum procuratorem habendi gratia · et matrimonium
sa alienacione / p[re]dicta tamen fraudulenter ea re[m] pete[re] · et dicere eam re[m] traditam no[n] esse · et ob id in bonis
debitoris mansisse ¶ Item seruiana · est seruiana d[omi]no fundi dat[ur] / tamq[uam] colonus de rebus obligatis p[ro] merce-
dibus alienat · q[uasi] seruiana c[on]tra debitoris res obligatas · et pignoratas · seu ypotecas ... ad h[oc]
in[ter] pignus et ypotecam nil est dictum · s[ed] ... at pignus d[icitu]r · q[uo]d creditori traditur / ypoteca q[uo]d no[n] traditur ·
et fit sola conuencione ¶ In p[er]sonam est actio sic de constituta pecunia · ... q[ui]s debitum ab alio c[on]stit
soluturum · que olim receptitia dicebat[ur] / que ... in ... bonis h[abe]t in actionem / de constituta
pecunia fit transfusa ¶ Item p[re]tor posuit actionem · de peculio serui vel filii · qui ... c[on]traxerat ¶ De
pecunia constituta agitur · in omnibus que p[er] se ul' alio / se debita soluturum c[on]stituerit · nulla tollentur
· q[uia] ex stipulacione ... ex stipulatu c[on]ueniunt ¶ Actiones de peculio dantur ... qui c[on]traxerint ... seruo
et filio ~~suo~~ fa[milias] · adiecta d[omi]ni ut patris · que ipso iure no[n] tenentur ex contractu ipsorum nisi ... in peculio ·

actiones q[ue] dant[ur] ... re no[n] t[ra]nseunt in heredem

de iniuriis

de obligacione q[uae] ex delicto nasc[itur]

de actionibus

ypoteca

ipsorum e(st) et in eo condempnat(ur). ¶ Sed si quis iurato delato a parte parti vel iudice parte alia non condicere iurando
sed pro eo actionem per quam conventus quod iuravit sit non quod debebat. ¶ Penales actiones sunt quas pretor in-
duxit, sic contra illum qui album pretoris corrupit, et contra illum qui patrem patronum in ius vocavit in petratam ve-
traxisset. ¶ Preiudiciales actiones in rem esse videntur, sic sunt hec per quas queritur an aliquis liber vel libertus vel de par-
tu agnoscendo. ¶ Sic itaque dicitur quod agens actione reali non petit aliquid sibi dari sed petit rem suam sibi tradi et restitui. quia
quod suum est sibi dari non iure. ¶ Plane odio furum ut pluribus actionibus teneantur. Ut ex pena dupli vel quadrupli
tunc rei vendicatione pro re furtiva qui tenet. et actiones in rem vendicationes appellant. et actiones in personam per quas
intendit aliquam teneri ad dandum et faciendum condictiones. condictio est denunciatio. licet hoc tempore nulla fiat denunciatio.
¶ Sequitur quedam subdivisio. quod quedam actiones rei persequende, quedam mixte rei persequende. omnes actiones in rem, actiones
vero que in personam sunt ut que ex contractu nascuntur sex rei persequende sunt veluti qui pecuniam mutuam
petit vel qui comodavit deposuit vel locavit. ¶ Plane si depositi agatur nomine depositi tumultus tumultus
incendii ruine naufragii, tunc datur in duplum contra depositarium qui dolose se habuit in re deposita vel
eius heres, quo casu actio mixta est. ¶ Ex maleficiis prodite sunt actiones quedam sunt persequende pene tantum, alie pene
et rei, ideo mixte sunt. quod fur manifestus tenetur in quadruplum, non manifestus in duplum. preter rei vendicationem
quam habet pro re furtiva sive fur possideat sive alius, et mihi competit quod fure condicto furtivo. ¶ Vi bonorum
raptorum quod raptori competit, mixta est, in qua continetur rei persecutio et sic pena eius triplum solum
valuit actio prodest. ¶ Ut mixta est actio que de legatum ecclesie relictum solvere differt, res adeo, quod
opportuit eum in iudicium vocari, tunc solvit rem et tandem pena in duplo sit condempnato. ¶ Eadem
rei vindicatione per quam rem suam petit et mixtum adiudicatur pro portionem. quod per sua intentio est alia
¶ Omnes actiones dantur in simplum vel duplum vel triplum vel quadruplum, ultra nulla actio datur. Sunt ex
lege Aquilia deposite ex quibus autem ... corrupti qui competit mentem cuius hominis consilio ut servum alienum
fugeret, et contumax adversus dominum suum factus sit, aut luxuriosam vitam ceperit, in qua actione causa venit est
causa maiores sportulas nomine exegerit et tenetur in triplo dampnum dampno competito. ¶ Quadrupli ut furti
manifesti et metus causa et de pecunia data vel ut alium calumpnia fiet ... furti non manifesti et servi corrupti sit
sicutdum in simplum, sed ea quod datur per legatus veluti vero etiam ... in simulatis duplicantur, si ... que per eius competit
vel illud qui distulit solvere donec iussu magistratus venit, et metus causa si non restituit donec iussu
iudicis conveniet sed in quadruplum non conveniat. ¶ Actionum quedam bone fidei quedam stricti iuris. Bone fidei ex empto
vendito, locato conducto, negotiorum gestorum mandati depositi pro socio tutele comodati pignoraticia familie
herciscunde communi dividundo prescriptis verbis que de estimato datur et ex permutatione petitio hereditatis, et actio ex stipu-
latu que pro dote datur que olim rei uxorie dicebatur. ... tamen ypotecaria et pignoratitia creditoribus
non habitis an expressam ypotecam ¶ In bone fidei pro ... dat iudici estimandi ex actione ex equo et bono
restitui debent. et ... compensare. ¶ Sed nunc contra introduxit ut in bone fidei actionibus valeat sed compensatio
que ipso iure minuit ... agentis, excepta actione depositi, in qua non est ut alias compensatio. ¶ Sunt
arbitrales actiones et in arbitrio iudicis pendent ut ... arbitrio iudicis appellantur. ... debere
condempnari secundum ... ¶ Actiones etiam rem quas in persona veluti in rem publicianam et servianam et
similia que ypotecaria appellatur. ¶ In persona sunt per metus causa et de dolo malo sicut est ... de eo
certo loco promissum est petitur. et in actione ad exhibendum que est arbitraria et personalis. ... de eo quod
iudicis res exhibeatur tunc arbitrio iudicis sit condempnandus. ¶ Curare debet autem iudex ut non ad iussu
certe pecunie vel rei sententiam ferat, etiam de incerta quantitate, aput eum actio est. ¶ Eum quis agit et
petit plus quam sibi debeatur causa cadat, ut fieri est statim, nisi sit minor quod ... ... subvenitur lege ...
... defensibilis adempta erat, vel alii legatum sit. ¶ Plus quatuor modis petitur, re, loco, tempore et
causa. Re ut si pro decem que sibi debentur petat xv, vel si pars rei sua totam petat. ¶ Tempore sicut
per loco ... qui ... id quod certo loco sibi debebatur alio loco petit sine commemoratione illius loci, quod
utilitatem quam habuit promissor si solvit in loco promisso sibi ademit que utilitas maior in ...
quam plus loco petit, Re ... est quod plus causa petit ut si quis dicat altera tamen promissio ... eum tamen
petere intelligit quia electionem adversario tollit. etiam ... quod petat vilissimum. quod sepe accidit quod
promissum sit alius precii solvere, et si plus petitum sit, ... duplicitur iudicari ... qualitate plus
petere ... debetur sed ... agere in aliquod cum nichil ... adversarium condempnari
iudice. ¶ Si quis aliud pro alio petat non periclitatur, quod ... in eadem iudicio errore sed ...
rei. ¶ Sed ... actiones in quibus ... debet ... ut in actione
de peculio quod si sufficit quod debitor tota condempnatur at ... de qua ... quam est
est in peculio. ¶ Ne si de dote agatur ... marito ... fiunt ... et ... fratres

de pluribus petentibus

eius patrimonium patitur et si facultate conveniat tamen dote in solidum condempnatur at inquit. ¶ Item propter impensas in rem do-
tali. minuitur dos vel datur retentio, ut in principio consistit dos in pecunia vel in sto[?] si sit in rebus immobilibus
vel spectaliter tamen in quibus non conveniunt non in mutuum fieri potest. ut si tamen pretio vel pretio agatur. vel sponte ad fructum
societatis agitur. vel si quis ex donatione agat ¶ Compensationes tollitur. ne tamen debitum actio conquirat. quod
defficiat quod alius dicitur. ¶ Si vero quam cessit bonis. propter non conveniuntur non in mutuum fieri potest se habens. quod post ea adquisierit quod
usum fuit inhumanum semel spoliatum suis spoliatum. in solidum condempnari
Rubrica quod cum eo qui in aliena potestate est negotium gestum esse dicetur
¶ dicit principium quod id quod dicitur de servo. intelligatur de filio et glosa dampnatur. Eliminatur. Si iussu domini. cum servo
negotium gestum est. tunc in dominum in solidum agitur. quod contrahens secutus est fidem domini ¶ De in actione exercitoria. et si
dominus servum suum preposuerit. vet eius [illegible] nomine quod dicitur exercitor ad quem cottidianus questus. nomine pervenit. ¶ Institoria dicitur
non domus negotiatores agunt posuerit. quod ideo appellatur. quod negotiis preponitur institutores sive sive taberne vel
quibus negotiantur. quia eadem est ratio ¶ Tributoria et est alia actio pretoria que tributoria dicitur. ut si servus de
peculio mercetur. et dominus ei consentiat vel in eo quod habeat sibi. et aliis creditoribus pro rata portione peculii patitur
peculium distribui. et ipse dominus pariter distribuendo. et ideo si ex creditoribus conqueratur. quod minus ei sit
tributum quam debeatur ei. datur actio tributoria ¶ Item introducta est actio de peculio competit de eo quod in rem domini
versum sit. quamvis domino volunte negotium gestum non sit. et in solidum tenetur de eo quod versum est. et de eo quod non est
versum. de peculio in mutuum si excedat peculium. et dicitur in rem versum quod nemo impedit. servus in negotiis domini
ut in tegendis servis et familia. vel solet creditoribus domini de pecuniis quas recepit mutuo. et si recepit
et. v. in negotiis domini expenderit. propter illud quamquam tamen clare dominus tenetur per actiones quibus contrahitur in peculio. dicitur
actio de peculio. una sit et de eo quod in rem domini versum est quod at. tamen iudex cognoscit. quod in rem domini versum est
et hic agitur quantum est in peculio non deducitur. quod servus suo domino debet et super tamen mittitur et in peculio. quod
deducatur de peculio. ut si quid vicarius suo servo debet. ¶ Ceterum si quis vult agere exercitoria vel institoria per
quas vult solidum consequi. si agat in rem versum. et recipiat onus probandi. quod in rem domini versum sit. stultissimus est. vel
si servus tamen est in peculio. de quo in solidum solvi potest ¶ Si quaque cum tributoria actio competit. et de peculio
et in rem verso agere vult. si expedit agere tributoria propter eo quod in eam non potest deduci quod debetur domino. sed dominus sicut
ceteri tributarius. sed in actione de peculio quod domino debetur potest deduci. et propter in eo quod restat creditoribus conceditur
¶ Rursus dicitur quod magis expedit potius agere de peculio quam tributoria. quod in tributoria venit tamen peculium de quo
negotiatur et in certa. et illa pars et non ultra ¶ Sed in peculio omnes partes. sed propter probationem in rem domini versum expedit
est quod non expedit agere de in rem verso. et quod dictum est de servo. idem de filio familias. si ad eo habeat. ¶ Illud si filius familias
sit mutuatus pecuniam. competit senatusconsultum Macedonianum. per quod defenditur. quod pecunias receptas luxuriose
vivebat. et post ut possit satisfacere parentis ceciderebat. seu eorum vite insidiabant. et ipsis mutuatoribus denegatur actio
in adiutorium parentes. quod adiuvisset filius. quamdiu eius parentes vivunt. esto quod sint emancipati sive parentes eorum mortui
sunt. ¶ Illud dico quod de iussu domini. servo vel filio traditum est tenetur dominus vel potest. vel de eo quod in eorum bonum
versum est. idem est si tenetur ex tributoria vel institoria. quod tunc iussu domini videtur contractum ¶ Si servus furtum
rapinam aut dampnum fecerit debetur domino dampnatus. permittitur vel estimacionem litis dare. vel servum pro noxa dare. Noxa dicitur
corpus quod nocuit noxia delictum quod commisit. et hoc est permissum domino. quod iniquum est. nequitia servorum. ultra
certum corpora domino dampnosa esse ¶ Omnis autem noxalis actio caput sequitur. Et dominus tenetur. quamdiu in eius
potestate est. Si autem in alterius potestate est. cum illo competit actio. si vero manumissus est cum eo directe competit actio.
Si vero liber noxam commiserit. et post servus alius effectus. tunc dominus suus tenetur. si servus domino iniuriam
commiserit. non tenetur. quia ex quo in eius potestate est. nulla competit actio contra eum. vel esse potest. et hoc cum
[illegible] eum alienet quod nos domini non donet ¶ Unde si alienus servus noxam commiserit. et post in potesta-
tem esse cepit. intercidit actio quod in eum casum deducta est. a quo incipere non poterat. ideo esto quod exierit de potesta-
te non competit actio sive servus manumissus. vel alienus non agitur contra dominum. esto quod aliquo malum in eum
commiserit actio noxalis non est locutus in filio vel filia ut teneatur pater dare ipsum pro noxa quod ipse
pro suo delicto vult conveniri ¶ Si quadrupes aliquid calcitrando pede percusserit. vel bos cornu petere solitus cornu
peteret. dominus tenetur emendare dampnum. vel animal dare quod dampnum fecit dare ¶ Sed si verum fugit et dampnum dedit
dominus non tenetur. quod dominus desinit esse dominus ¶ Pauperies est dampnum sine iniuria datum. quod et quod caret animo
non vult iniuriam facere. sed edicto edilium prohibitum ubi tamen vel ursum tenere ubi vulgo iter fiat. quod si fecit
et nocuit tenetur [illegible] tenetur quantum iudici equum visum fuit ¶ Concludit quod quia sunt due actiones penales una
intentata alia perimit ¶ Alio nomine agunt tutores curatores et procuratores licet olim non agerent non pro popu-
lo et pro libertate et pro tutela. hoc per pensionem hominem conscientiam litigantium non morbi et etas aut necessitas pere-
grinacionis. et alie iuste cause hoc introdixerunt. procurator neque certis verbis neque presente adversario nomine
quodam recipiens a quo possessio petebatur. teneatur cavere quod victus rem nec restituit vel estimacionem quod si non
faciat contra eum. et eius fideiussores agebat quo satisfacio vocabatur. Iudicatum solvi. et victo servus
tunc. periculum eum erat. ut eum dominus de eo excuperet ¶ Tutores vero et curatores. eodem modo quod procuratores
satisdabat. sed si agebat actor reali. eis remittebat. si in personali et ipsi agebat. etiam remittebant. si vero
defendebant satisdabat quod non defensor in aliena sine satisdatione admittitur ¶ Ipse vero nomine alienus
iudicatum accipiat in personam. satisdare iudicatum solvi non compellitur ¶ Sed hoc hodie. sive enim contra
rem conveniatur sive in personali nulla satisdatio pro litis estimacione compellitur ¶ Sed si per tamen personam
quis in iudicio permaneat usque ad litem ad tempus vel committitur sive promissionem cum interveniente iuratoria
qua iuratoria cautionem vocamus. vel nuda promissione. vel satisdatione pro qualitate persone dare compellitur ¶ Sed si quando pro procuratore inferat vel suscipiat. tunc ex parte actoris non sufficeret procurator

Rubrica quod cum eo qui in aliena potestate est negotium gestum esse

De noxali actione

quadrupedem pauperiem fecisse

quas personas

De satisdationibus


reuelatus est de satisdatione domini rem ratam habiturum ¶ Si vero ex parte rei de iudicato soluendo caueri debet
nisi ipse dominus prius in iudicio eum procuratorem constituit vel extra iudicium pro ipso promittere solennes stipulationes
firmauit per quas ipse dominus efficitur fideiussor sui procuratoris de iudicato soluendo sub ypotheca rerum suarum
ut tam ipse quam heredes sui teneantur seu obligentur ¶ Item dominus cauet vel satisdat quod tempore sententie
recitande veniat vel si non veniat omnia dabit fideiussor in quibus condempnatus fuerit nisi prouocatio fuerit
¶ Si vero pro reo absente siue in personali siue reali conuento quis interueniat ¶ In iudicio de satisdare
iuxta regulam quia nemo defensor aliene rei idoneus sine satisdatione intelligitur ¶ que omnia hodie
perfectius me a cottidiano iudiciorum usu et ipsis rerum documentis esse apparet ¶ ergo finaliter [illegible] et
R. de eo et perpetuis — in omnibus ciuitatibus obseruari ¶ ¶ Actiones penales plerumque intra annum durant quia ipsi pretores annales erant
si furti manifesti actio licet sic pretoris tamen perpetue datur aliquando est talem annalem finirj ¶ Post poena
capitulum ex maleficiis pendentes actiones in heredem non competere velud furti vi bonorum raptorum iniuriarum
dampni licet heredibus competat excepta iniuriarum ¶ aliquando tamen ex contractu actio heredi contra heredem
competit cum testator dolose versatus est et ad eius heredem ex dolo nil peruenit ¶ In penalibus actionibus
litis contestatione datur heredi et in heredem transeunt ¶ ¶ Si sequentis an sinarum sit quod ab eo petebatur absolui
de officio iudicis licet condempnandus alias veniret quia an vulgo dicebatur omnia iudicia absolutoria esse
R. exceptionum — docemus est ¶ ¶ Comparate sunt exceptiones defendendorum gratia illorum cum quibus agitur licet
actoris intentio iusta videtur tamen aduersus eam competit exceptio ¶ Et si metu coactus promiserit aut dolo in
dubitus aut errore lapsus que opponitur ad impugnandam actionem quia iniquum esset talem reum condempnari ¶ exceptio
condempnari ¶ ¶ de illicitis etc. Si competat exceptio non numerate pecunie quia talis causa opponens infra
biennium nisi actor probet numeratam pecuniam absoluitur ¶ ¶ Si debitor creditori pacto sit
ne ab eo peteretur iniquum esset si contra tenorem exceptionem condempnaretur ¶ Item si reus iurato delato in
iudicio se non teneri licet adhuc obligatus permaneat sed quia iniquum esset de periurio querere ideo exceptio
iurisiurandi defenditur ¶ Idem si a petente rem deferat iurata possessor iurat rem suam quia iniquum
esset possessorem condempnari non obstante iurato ¶ ¶ Si ipse sinam absoluunt quod si competit exceptio rei iudicate
¶ Appellantur exceptiones alie perpetue et peremptorie alie temporales et dilatorie ¶ Perpetue et peremptorie
que semper agentibus obstant et semper rem de qua agitur perimunt ut exceptio doli mali quod metus causa
et pacti conuenti cum pactum fuit ne omnino pecunia petatur ¶ alia sunt temporales ut si pactum sit ne infra
infra certum tempus agatur ut infra v annos quibus elapsis non impeditur actor rem suam consequi sed si petit
ante tempus hodie duplicatur induciae et in expensis litis condempnatur ¶ ¶ Si exceptio personalis datur cum opponitur
non esse pacem quia miles vel minor et de dilatoria antiquitus opponitur contra procuratorem vel constituens
est infamis vel constitutus hodie non admittitur nedum de talibus disceptat ipsius negotii disceptationi proferatur
de replicationibus — ¶ Dicit quod eadem iusta exceptio si pacti de non petendo per replicationem tollitur
ut petere si post fecit pactum ut peteret quia iniquum esset ¶ In ultimo pacto creditorem noceret ¶ et ¶ Plus
petit agendo etc. et ideo eciam cuenit ut replicatio que prima facie iusta iniquitate noceret quod in accidit ¶ Alleganti ¶ Item ¶ de
adiuuandi rei gratia quod duplicatur iterat et contrario duplicatio replicationem tollit ¶ Exceptiones competentes
reo plurimum fideiussori accommodantur et est ratio quia quod ab eis petitur et ab ipso debitore peti
intelligitur cum id fideiussori sit redditus sed quod per se soluit ¶ Et in pacto fatto reo de non petendo
prodest fideiussori ¶ ¶ Si reus bonis cessit et habet exceptionem quod non vi conueniri nisi in quantum facere potest hec ex-
R. interdictorum — ceptio non prodest fideiussori ¶ Antiquitus sub certa forma verborum interdicta proponebantur et que omnia
tenduntur ad possessionem vel quasi ¶ Est diuisio quia aut prohibitoria aut restitutoria aut exhibitoria ¶ Prohibitoria
quibus prohibet aliquid fieri ut vim seu iniuriam possidenti vel mortuum inferendum vel in loco sacro edificandum
vel in flumine publico vel ripa eius aliquid fieri per quod peius nauigetur ¶ Restitutoria sunt per quod
aliquid iubetur restitui veluti cum bonorum possessori possessio rerum que quis pro herede aut pro possessore
possidet ex ea hereditate aut cum iubetur deiectum de possessione restitui ¶ ¶ Exhibitoria per que iubet exhiberi
existentem sed quem putet ipse interdicta prohibitoria quia interdicere idem est sit prohibere ¶ Restitutoria et ex-
hibitoria potius decreta dicuntur sed omnia vero dicuntur interdicta quia inter duos dicuntur ¶ Sequens diuisio est quia
quedam adipiscende possessionis causa comparata sunt quedam retinende quedam recuperande ¶ Adipiscende
intendatur bonorum possessori ut cuius bonorum possessio data est pro herede aut pro possessore possidebat et cui
bonorum possessio data est restituere debet ¶ pro herede autem possidere videtur qui putat se heredem ¶ pro possessore
autem qui nullo iure rem hereditariam vel etiam totam hereditatem sciens ad se non pertinere possidet ¶ adipiscende
adipiscende possessionis dicitur qui ei tantum utile quia nunc primum conabatur adipisci possessionem ¶ Item
possessor fuit et eam amisit inutile est ¶ ¶ Est interdictum possessionis salutare quod si adeptus possessio-
nem domini fundi de rebus colonis quas is pro mercedibus fundi pignori futuras esse pepigisset ¶ Retinende
ut interdicta utrobi uti possidetis cum ab utraque parte de proprietate alicuius rei controuersia sit et ante queritur quis litigatorum
possideat et quis debeat petere ¶ quia tunc libellus et ualens ratio requirit ut unus possideat et alius a possessore
petat sed quia utilius est possidere quam petere de hoc vigens questio est ¶ Commodum est possidere quia
semper reus possidens obtinet si actor non probet intentionem suam cum et res eius non sit quia actore non
probante reus absoluitur ¶ Interdicto uti possidetis de fundi vel edium possessione contenditur utrubi vero
de rebus mobilibus possessione interdictum uti possidetis competit quam interdicti tempore possidebat si modo ut
vi nec clam nec precario nactus fuerit ab aduersario possessorem etiam si alium vi expulerat aut clam

acquirat aut precario rogauit. Utrubi vero is vincebat qui maiore parte eius anni nec vi nec clam nec
precario possidebat. Hodie vero in utroque interdicto et uti possidetis et utrubi quoad possessionem pertinet ex-
equatum est, ut ille vincat iure soli vel mobili qui possessionem nec vi nec clam nec ab adversario litis con-
testate tempore detinet. Possidere videtur siue ipse siue alius eius nomine, ut colonus vel inquilinus possidet. vel
si rem deposuit vel accomodauit. Unde dicitur quod solo animo retinere possessio potest quod ipse non sit in possessione
nec alius eius nomine, dum tamen cum recessit habuit animum possessionem retinere. Adipiscende vero non
dubitatur quin solo animo possessionem adipisci nemo potest, cum ibi actus corporalis interveniat.
Recuperande datur quando de possessione fundi vel edium quis est vi deiectus quod dicitur unde vi. Per quod
cogitur is qui deiecit eum restituere, licet deiectus vi vel clam possideret. Sed ex sacris con-
stitutionibus si quis rem per vim occupauerit, si quidem res erat occupantis perdit eius dominium. si aliena eam
restituit et eius estimationem victo passo. Et vero qui aliquem de possessione per vim deiecerit, si sine
armis tenetur lege Iulia de vi priuata, si cum armis lege Iulia de vi publica. Armorum appel-
latione etiam lapides fustes appellant, ut scuta gladios. Tertia diuisio est interdictorum
quia aut sunt simplicia aut duplicia. Simplicia in quibus est unus actor alius reus. sicut sunt
omnia restitutoria aut exhibitoria. prohibitoriorum alia simplicia cum prohibet pretor
in loco sacro vel flumine etc. Nam actor est qui desiderat ne quid fiat, reus est qui aliquid facere
conatur. Duplicia sunt uti possidetis utrubi. quia par utriusque litigatoris in hiis condicio est.
Magnam autem curam egisse ne homines ad litigandum facile procederent, quod nobis studio, quod aliter fieri de pena temere litigantium
non videtur nisi temere litigantes puniantur. Per iusiurandum quod actor exigit quod putans se bona
instantia agere etc. ad condicendum premittitur. Sed adversus negantem velut damni iniurie aut
legatorum [illegible] locus est dupli dupli etc. Sed actoris quoque calumnia coercetur
item advocati utriusque partis iurant de calumnia non committenda. Item antiquitus improbus
litigator in decima parte litis condempnabatur, sed hodie improbus litigator expensas dampnum impen-
sas litis inferre adversario suo cogetur. Sed condempnati furti vi bonorum raptorum iniuriarum de dolo
tutele mandati depositi directis non contrariis sunt infames. Sed pro socio qui per utramque partem
directa. Ideo quibus dampnatus infamis est, sed furti vi bonorum raptorum iniuriarum de dolo. Item non
solum dampnati sunt infames sed pacti. Item iudicia incipiunt ab illa parte que dicitur de ~~[illegible]~~ in ius
vocando. Quia in primis adversarius in ius vocandus est excepto parente et patrono quos aliter in ius
vocare non licet, quam venia impetrata et postulata a pretore aliter faciens in pena L solidorum
puniuntur. Iudex aliter non debet disponere quam quod legibus aut constitutionibus aut moribus proditum est. de officio iudicis
[illegible] in noxali actione, sine que talis est plurium [illegible] aureos
redemptio aut noxe datio. Et in rem actione sed si contra actorem iudicare voluerit debet absoluere
possessorem. siue contra possessorem iubere eum debet ut rem ipsam restituat cum fructibus. Sed si possessor in
presenti neget rem posse restituere et si non maliciose hoc videatur postulare tunc datur dilatio dum tamen
caveat de re restituenda vel eius estimatione. Et si in petitione hereditatis eadem servanda est tunc cum
[illegible] in fructibus illorum vero fructuum quos culpa non percepit possessor in utraque
actione dampnatur si predo fuerit, si vero bone fidei possessor fuerit non habetur ratio consumptorum fructuum
neque non perceptorum sed extantium. Sed si ad exhibendum actum sit non est satis ut exhibeat rem statim
cum petitur sed non in fine ad interesse dampnatur, ut petitor sit in eadem causa, sit et pro fructibus
medii temporis quod post iudicium acceptum ad exhibendum rem et ante rem iudicatam [illegible] si petent
non maliciose dilationem ad rem exhibendam danda est dum tamen caveat restituere. Vel si iussu iudicis
non exhibeat nec in tempore se satisdationem caveat condempnandus est in id quanti interest [illegible] ab
initio res exhibita esset. Item si familie herciscunde iudicio sine res sive heredibus adiudicande sunt
vel si una pars plus alia valeat, quia non debet equaliter dividi vel per equales partes. tunc
illi cui plus in re vel alii adiudicatur sed datur per maiori valentia pecunia certa. vel si vni solus
fructus percepit vel rem corrupit alii condempnatur. Et eadem in communi dividendo. et si omnia dividendo de pluribus
rebus actum sit vel si divisio unius fundi si per equales partes dividi debet vel si non illi qui
plus parte vnius valente sit adiudicatio in pecunia. Item et si de finibus inter duos fundos
sit controversia etiam adiudicatio in pecunia. Debet enim locum licet quam tamen fines maliciose se ha-
bent immutando vel usurpando vel novatos ponendo cum lapides finales fixati sunt aut
arbores finales abscidit puniendus est. Et centumviri puniunt ut qui ad iussum iudicis
agros metiri passus non sit, et contendit quod ad iudicia statu cum sunt [illegible] adiudicata sunt
Publica sunt iudicia dicta quod [illegible] de populo [illegible] competit et quibus [illegible]
sunt capitalia sunt que ultimo supplicio puniuntur ut aque ignis interdicto vel deportatione et de publicis iudiciis
in metallum. Item cetera que infamiam irrogant cum damno pecuniario. Hec quidam publica sunt
non tamen capitalia. Et publica sunt lex Iulia maiestatis quod datur contra eos qui contra imperatorem
vel rem publicam aliquid molita sunt. Cuius pena est ut etiam post [illegible] memoria post mortem dampnatur.
Item lex Iulia de adulteriis coercendis que non solum temeratores alienarum nuptiarum puniunt
sed etiam eos qui in masculos nefandam libidinem exercent. Item eadem lex stupri flagitium punit
ut qui in virginem viduam honeste viventem stuprum [illegible] si honesti fuerint publicationem medie
partis bonorum si humiles corporis coercitionem cum relegatione. Item lex Cornelia de sicariis qui homicidas

ultro ferro persequitur. et qui hominis occidendi causa cum telo ambulat. Telum dicitur quod ab arcu
mittitur vel omne quod manu proicitur vel mittitur ut lapis lignum ferrum dictum est in longinquum mittitur
Sicarii autem appellantur a sica quod appellatur ferrum cultrum. Eadem lege et venefici capite damnantur qui
venenis vel incantationibus quae dicuntur susurros hominis interficiunt vel magicis artibus vel mala medi-
camina publice vendiderint. Item est alia pena de parricidiis contra illos qui parentes interfecerint
vel filios sive clam sive palam et hi qui in dolo fuerint vel conscius criminis extitit licet extraneus sit pena
parricidii punitur quia suitur in culleo cum gallo gallinaceo vipera et simia inter eas ferales angustias
comprehensus in mare deicitur ut omni elementorum usu vivus careat et celo superstiti et terra mortuo
subtrahatur. Item lex Cornelia de falsis qui testamentum vel aliud instrumentum falsum scripserit signaverit recitaverit sub-
iecerit malo quorum pena est in servos ultimum supplicium in liberos deportatio. Item lex Iulia
de vi publica contra illos qui aliquem de domo sua per vim eiecerint et si cum armis est pena deportationis
si vero sine armis in tertia bonorum publicatione. Si fiat per vim raptus vel virginis vel viduae vel sanctimonialis
fiat tunc talis vel qui opem huic flagitio dederint capite puniuntur. Item lex Iulia peculatus punit
qui pecuniam vel rem publicam vel sacram vel religiosam furati fuerint et si quidem iudices tempore administra-
tionis publicas pecunias subtraxerint capitali animadversione puniuntur. Et hi qui opem eis dederint vel talis
zet subtractas sciens receperint et est pena deportationis. Et est inter publica lex Fabia de plagiariis
quandam mitiorem penam capitalem irrogat vel mitiorem leviorem. Item lex Iulia ambitus repetundarum et lex
Iulia de annona. Explanatio ipsarum brevis in libro institutionum

De interdictis

Interdictum	
quorum bonorum possessio	datur pro herede ad possessorem restitutum
possessionis salvianum adipiscende	quo utitur dominus fundi de rebus coloni
utrobi	cum ab utraque parte de proprietate alicuius rei contenditur fit
uti possidetis	cum de fundo vel edium possessione contenditur et fit de re- mobilium possessione
vi aut clam	si alium vi expulerat aut clam arripuerat aut precario rogaverat
unde vi	datur actio qui eiectus de possessione fundi vel edium est vi deiectus



231

115.

Expeditus est tractatus decretalium de contractibus ex parte pers. commoda[tum]. Nunc me transfero ad partem juris civilis. Et primo in ordinarie legitur ff. de rebus ... apud ff. dicto quod fuit lib. [illegible] commodati.

... commodati

Et continuatur hec rubrica [ad pandectam] secundum glo. rubrica ad scripturam hoc modo. Tractatus [illegible] ... ad [illegible] agitur [illegible] de commodato ... [illegible] ... quod sit gratia tamen accipiens ... [illegible] ... ad hec [illegible] ... Et [illegible] continuatio ad scripturam ... [illegible] ... continuatur ad pandectam ... [illegible] ... ad ipsam legem ... [illegible]

Expedita de continuatione. Nunc venio ad ... commodato nec possessio nec dominium transfertur ... [illegible] ... commodati ... [illegible] ... p° p° ... [illegible]

... [illegible] ... commodatum transferatur in commodatarium dominium ... [illegible] ... possessio ... [illegible] ... quod fit transferatur ... [illegible] ... quod gratia tamen accipiendo ... [illegible] ... rei commodate et possessionem et petitionem ... [illegible] ... commodato ... [illegible] ... commodati ... [illegible] ... gratia tamen accipiendo transferatur dominium ... [illegible] ... commodat ... [illegible]

... commodatum ... [illegible] ... commodatarius ... [illegible]

... possessionem

... commodato et ipsa possessio non transfertur in commodatarium ... [illegible] ... apud ipsum commodatarium ... [illegible] ... commodatarium ... [illegible]

Expeditus ... [illegible] ... Nunc venio ad ... glo. Et ... [illegible] ... glo. ... [illegible] ... rei depositi ... [illegible] ... commodati possessionem ... [illegible] ... glo. ... [illegible] ... rei commodate possessionem ... [illegible] ... depositi ... rei depositi retineamus possessionem ... [illegible] ... glo. ... [illegible] ... depositi ... [illegible]

Et per hoc sum expeditus ... [illegible] ... glo. Et ... [illegible] ... ff. de rebus. Nunc me transfero ad partem ... [illegible]

Margin notes: [illegible] ... commodati ... [illegible] ... commodati ... [illegible]

Que in omnibus hominibus noua post hominum memoriam constituta sunt,
ea tam multa non sunt quam hec que in hoc uno homine videmus. At
que hec tot exempla tanta ac tam noua profecta sunt in eundem
hominem a Catulo atque a ceteris eiusdem dignitatis amplissimis
hominum auctoritate. Quare videant ne sit periniquum et non ferendum
illorum auctoritatem de Cn. pomp. dignitate a uobis comprobatam
semper esse. Vestrum ab illis de eodem homine iudicium populique ro. auctoritatem
improbari presertim cum iam suo iure po. ro. in hoc homine suam auctoritatem
uel contra omnes qui dissentiunt possit defendere. propterea quod isdem
istis reclamantibus uos unum illum ex omnibus delegistis quem bello
predonum preponeretis. hoc si uos temere fecistis et rei p. parum
consuluistis recte isti studia uestra suis consiliis regere conantur.
Sin autem uos plus tum in re p. vidistis uos his repugnantibus
per uosmetipsos dignitatem huic imperio salutem orbi terrarum
attulistis. aliquando isti principes et sibi et ceteris po. ro. vniuersi
auctoritati parendum esse fateantur. Atque in hoc bello Asyatico et
regio non solum militaris illa virtus que est in Cn. pomp. sin
gularis sed alie quoque animi multe et magne requiruntur. Difficile
est in Asya Ciliciam Siria regnisque nationum ita versari nostrum
imperatorem ut nil aliud quam de hoste ac laude cogitare. Deinde
etiam si qui sunt pudore ac temperantia moderatiores tamen eos tales
propter multitudinem hominum cupidorum nemo arbitratur. Difficia
le est dictu quirites quanto in odio simus apud exteras nationes
propter eorum quos ad eos hoc anno cum imperio misimus iniurias ac libidi
nes. Quod enim fanum putatis nostris magistratibus religiosum Quam
ciuitatem sanctam quam domum satis clausam ac munitam fuisse vrbes
iam locupletes et copiose requiruntur quibus ut cum belli propter di
ripiendi cupiditatem inferantur. libenter hoc coram cum Q.
Catulo et Q. Hortensio disputarem summis et clarissimis viris
Nouerunt enim sociorum uulnera vident eorum calamitates q
rimonias audiunt pro sociis uos contra hostes exercitum mittere
putatis. An hostium simulatione contra socios atque amicos Que ci
uitas est in Asya que non modo imperatoris aut legati unius
tribuni militum animos ac spiritus capere possit. Quare etiam si quem
habetis qui collatis signis exercitus regios superare posse
videatur tamen nisi erit idem qui se a pecuniis sociorum qui ab
eorum coniugibus ac liberis qui auro gazaque regia manus
oculos animum cohibere possit. Non erit idoneus qui ad bellum

asyaticum regum quemquam mutat esse quam putatis civitatem pacatam fuisse que
locuples sit et quam esse locupletem que istis pacata esse videntur
Ora maritima Cn. pomp. non solum propter rei militaris gloriam sed etiam propter
animi continentiam requisivit. Videbat enim po. ro. non locupletari
quotannis pecunia pu. preter paucos, neque eos aliquid assequi
classium nomine, nisi ut detrimentis accipiendis maiores affici
turpitudine viderentur. Nunc qua cupiditate homines in provincias qui-
bus iacturis, quibus condicionibus proficiscantur ignorant.
Videlicet isti qui ad unum deferenda esse omnia non arbitrantur. Quasi vero

Confirmationis cum clausula

Cn. pomp. non suis virtutibus, alienis vitiis magnum esse videamus.
Quare nolite dubitare quin huic uni credatis omnia qui inter annos
tot unus inventus sit quem socii in urbes suas cum exercitu venisse
gaudeant. Quod si auctoritatibus hanc causam quirites confirmandam putatis,

Repetitio

est vobis auctor vir bellorum omnium maximarumque rerum peritissimus
P. Servilius. Cuius tante res geste terra marique extiterunt ut
cum de bello deliberetis auctor vobis gravior esse nemo
debeat. Est C. Curio summis vestris beneficiis maximisque rebus gestis
summo ingenio et prudentia preditus. Est Cn. lentulus in quo
omnes pro amplissimis vestris honoribus summum consilium summam gra-
vitatem esse cognovistis. Est C. Cassius integritate virtute constan-

Confirmatio alia conclusionis

tia singulari. Quare videte ut horum auctoritatibus illorum orationi qui dissen-
tiunt respondere posse videamur. Que cum ita sint C. Manili primum

Conclusio generalis

istam tuam et legem et voluntatem et sententiam laudo vehementissimeque compro-
bo. Deinde te hortor ut auctore po. ro. maneas in sententia neve cuius-
quam vim aut minas pertimescas. Primum in te satis esse animi constantieque arbi-
tror. Deinde cum tantam multitudinem cum tanto studio adesse videamus
quantam iterum nunc in eodem homine preficiendo videmus quid est quod aut

Repetitio

de re aut de perficiendi facultate dubitemus. Ego autem quicquid
in me est studii laboris ingenii quicquid hoc beneficio po. ro. atque

Articulus

hac potestate pretoria quicquid auctoritate fide constantia possum id omne ad
hanc rem conficiendam tibi et po. ro. polliceor et defero. Testorque
omnes deos et maxime eos qui huic loco temploque president qui omnium men-
tes eorum qui ad rem publicam adeunt maxime perspiciunt me hoc neque ro-
gatu facere cuiusquam neque quo Cn. pomp. gratiam mihi per hanc causam
conciliari putem neque quo mihi ex cuiusque amplitudine aut presi-
dia periculis aut adiumenta honoribus queram propterea quod pericula fa-
cile ut hominem prestare oportet innocentia tecti pellemus honorem autem ne-
que ab uno neque ab hoc loco sed eadem illa laboriosissima ra-
tione vite si vestra voluntas feret consequemur. Quamobrem quicquid in hac
causa mihi susceptum est quirites id omne rei p. suscepisse confirmo tantum-
que abest ut aliquam bonam gratiam mihi quesisse videar ut multas etiam
simultates partim obscuras partim apertas intelligam mihi non neces-
sarias vobis non inutiles suscepisse. Sed ego me hoc honore
preditum tantis vestris beneficiis affectum statui quirites vestram volun-
tatem et rei publice dignitatem et salutem provincie atque sociorum meis omnibus
commodis et rationibus preferre oportere.

Pro Gneo pompeio

Quamquam mihi semper frequens conspectus vester multo iocundissimus,
hic autem locus ad agendum amplissimus, ad dicendum
ornatissimus est visus, Quirites, tamen hoc aditu laudis
qui semper optimo cuique maxime patuit, non mea
me voluntas, sed vite mee rationes ab ineunte etate suscepte
prohibuerunt. Nam cum antea per etatem nondum huius auctoritatem loci
contingere auderem statueremque nichil huc nisi perfectum ingenio
elaboratum et industria afferri oportere, omne meum tempus amicorum
temporibus transmittendum putavi. Ita neque hic locus vacuus umquam fuit ab
his qui vestram causam defenderent, et meus labor in privatorum periculis
caste integreque versatus ex vestro iudicio fructum est amplissimum
consecutus. Nam cum propter dilationem comitiorum ter pretor
primus centuriis cunctis renuntiatus sum, facile intellexi, Quirites,
et quid de me iudicaretis et quid aliis prescriberetis.
Nunc cum et auctoritatis in me tantum sit quantum vos honoribus man-
dandis esse voluistis, et ad agendum facultatis tantum quantum
homini vigilanti ex forensi usu prope cottidiana dicendi exercitatio
potuit afferre, certe et si quid in dicendo consequi possum, hiis
ostendam potissimum qui ei quoque rei fructum suo iudicio tribuendum
esse censuerunt. Atque illud in primis mihi letandum iure esse vi-
deo, quod in hac insolita mihi ex hoc loco ratione dicendi causa talis ob-
lata est in qua oratio nemini deesse potest. Dicendum est enim
de Gnei Pompei singulari eximiaque virtute; huius autem
orationis difficilius est exitum quam principium invenire. Itaque mihi non
tam copia quam modus in dicendo querendus est. Atque ut inde oratio
mea proficiscatur unde hec omnis causa ducitur, bellum grave et periculosum
vestris vectigalibus atque sociis a duobus potentissimis regibus
infertur, Mitridate et Tigrane. Quorum alter relictus, alter
lacessitus occasionem sibi ad occupandam Asiam oblatam esse arbitra-
tur. Equitibus romanis, honestissimis viris, afferuntur ex Asia
quotidie littere, quorum magne res aguntur in vestris vectigalibus
exercendis occupate; qui ad me pro necessitudine que mihi est cum illo ordine

Causam rei pu^ce puta q re suaz detulerunt / Bithinie q nc ira p'uincia e vros exustos ee q plures Regni ario barzanis quod finitum est uris uectigalibus, totu ee i hostium potestate / lucullum magnis rebus gestis, ab eo bello discedere / huic qui successe rit no satis ee paratum ad tantu bellu ad ministrandu. Unu ab oibus socijs ad id bellum i peratore deposcunt peti. Eude hunc ab hostibz metui / pterea nemine / ca q sit uideris. Nunc quid agendum sit osidate / Primum m uz de gne belli dein de magnitudie tu i patore elligendo ee dicendu / Genus e eiusmodi / quod maxie uros aios excitare atz i flamare dz

Tradita e / ag salus sociorum atz amicoz, p qua multa maio res uri magna et grauia bella gesserunt / agitur certissima p. ro. uectigalia et maxia / quibz amissis et pacis ornamenta et subsidia belli requiretis / agunt bona multoz ciuiu / quibz e a uobis et ab i patoribz Rey. pu^ce osulendu / Et qm semp appetentes glie pter ceteras uirtutes / atz auidi laudis fuistis / delenda e vob illa macula mitridatico bello superiore suscepta / q penitus ia isedit, atz i ueterauit i po. ro. noie / q is / qui una die tota asia tot i ciuitatibz uno nuntio atz una significatione lrarum / ciues romanos necados / trucidados qz denotauit / no mo ad huc pena nullam suo digna scelere suscepit / sz ab illo tpre / p annu ia tertiu uigesimu regnat / et ita regnat / ut se no ponto nz capadocie latebris occul tare uellit, sz emergere / e ppo regno / atz i uris uectigalibus h i asie luce uersari / Et eni adhuc ita uri cu illo rege otenderut i patores / ut ab illo i signia uictorie / no uictoria reporta rent / Triumphauit lucius / Silla / triumphauit lucius mu rena de mitridate / duo fortissimi et summi i patores / sz ita triumphauit ut ille pulsus supatus qz regnaret / Verum tn illis i patoribz laus e tribuenda / q egerut uenia danda / q reliquerut pta / q ab illo bello Silla i ytalia res pu. ca murena silla reuocauit / mitridates aut omne reliquu tps no ad obliuioem ueteris belli / sz ad oparatione noui otulit /

Left margin:

Tradita exponit diuisiones 2° quo ad genus belli, 2° quo ad magnitudine, 3° quo ad i patore elligendu / 2^a ibi gnus de gne belli 3^a ibi restat ... optimus a salute sociorum et amicorum / 2° uectigalium defendendus / 3° a fortuis romanorum ...

Ciraucto

Conuicto

Ab Athenis obiret

Transgressio

Ciraucto

Adiucto

Repeto Stragz salla

Partes fecit restituta bitinia et Capadotia regibus suis

Commemorato

Right margin:

Conuicto

Adiucto

Exponit alia ptes honestas de laudibilio ...

Traucto

Transgressio

Ciraucto

Conduplicato

Ante forent

[illegible]

[D]um ipse maximas edificasset ornasset que classes exercitus que magnos quibuscumque ex gentibus potuisset comparasset et Bosforanis finitimis suis bellum simulasset, usque in Hispaniam legatos ac litteras misit ad eos duces quibuscum tunc bellum gerebamus, ut cum duobus in locis disiunctissimis maximeque diversis uno consilio a binis hostium copiis bellum terra marique gereretur, vos ancipiti contentione districti de imperio dimicaretis. Sed tamen alterius partis periculum Sertoriane atque Hispaniensis, que multo plus firmamenti ac roboris habebat, Gnei Pompeii divino consilio ac singulari virtute depulsum est; in altera parte ita res a Lucullo summo viro est administrata, ut initia illa gestarum rerum magna atque preclara non felicitati eius sed virtuti, hec autem extrema que nuper acciderunt non culpe sed fortune tribuenda esse videantur. Sed de Lucullo dicam alio loco, et ita dicam, Quirites, ut neque vera laus ei detracta oratione mea neque falsa afficta esse videatur. Sed de vestri imperii dignitate atque gloria, quoniam is est exorsus orationis mee, videte quem vobis animum suscipiendum putetis. Maiores vestri sepe mercatoribus aut naviculatoribus iniuriosius tractatis bella gesserunt; vos tot civium Romanorum milibus uno nuntio atque uno tempore necatis quo tandem animo esse debetis? Legati quod erant appellati superbius, Corinthum patres vestri totius Grecie lumen extinctum esse voluerunt; vos eum regem inultum esse patiemini, qui legatum populi Romani consularem vinculis ac verberibus atque omni supplicio necatum excruciavit? Illi libertatem civium Romanorum imminutam non tulerunt; vos vitam ereptam negligetis? Ius legationis verbo violatum illi persecuti sunt; vos legatum omni supplicio interfectum relinquetis? Videte ne, ut illis pulcherrimum fuit tantam vobis imperii gloriam relinquere, sic vobis turpissimum sit id quod accepistis tueri et conservare non posse. Quid quod salus sociorum summum in periculum ac discrimen vocatur? Regno expulsus est Ariobarzanes rex, socius populi Romani atque amicus; imminet duo

Marginalia: Translatio; Ipse extollet Pompeium et ipsum Lucullum reddet; Adiunctio; Abusio; Conduplicatio; Adiunctio; Circuitio; Transitio; Excusat se; Contrarium; Transitio ut; Contentio; Similitudo; De notatio; Ad obsidionem civitatis ... Marium et Marium duces Mitridatis; Comparat attentos; Contrarium; Honestiori ordini ...; Contrarium; Circuitio; Transitio; Contentio; Ratiocinatio; Confirmat per exemplum

Reges toti asie no solu vob inimicissi. s3 e vris socijs et amicis.
Ciuitates aut omes cta asia atq gcia vrm auxiliu expectare
ppt piculi magnitudinez coguntur. Imperatore vob ctu deposcere
cu pstim vos aliu miseritis nz audent nz se id facere su
mo sn piclo id posse arbitrantur / vident e sentiunt hoc idē
quod vos unu virz ee. / quo e caret egrius / cuius aduentu
ipo atq noie / ta e si ille ad maritimu bellu venerit, tn
impetus hostiu repssos ee itelligunt atq retardatos / hij vos
qm libe loqui no lz tacite rogat / ut se qq sicut cetarz rez
puinciaru socios dignos auxilio existimetis. quoz salute tali viro come
detis / atq hoc e mag q ceteros eiusmodi i puincia hoies cu
impio mittimus. vt e si ab hoste defendat, tn ipoz aduent
i urbes sociorum no multu ab hostili expugnatoe differat //
Hūc audiebat antea / nc psentem uidet tāta tēpantia tāta
mansuetudine / tāta humilitate / vt hij beatissimi ee videat
apud quos ille diutissie cmoratur. / Quare si pp socios
nulla ipi iniuria lacessiti maiores nri cu athico / cu filipo. cu
Etholis cu penis bella gesserit / Quato vos studio co
uenit i iniuris puocatos socioz salute / vna cu impij vri
dignitate defendere / psti cu de vris maxis vectigalibus
agitur. / Nam cetaru puinciaz vectigalia qrites tāta
sut ut his ad ipas puincias tutādas vix ctenti ee
possimus. / Asia no tā opima e e fertil / ut e vbta
te agroru et varietate fructuu et magnitudine pastoris et
pationis et multitudie earz rez q exportatur facile oibz
terris antecellat. Itaq hec vob puintia qrites si e bel
li utilitate e pacis dignitate sustinere ultis / no a calai
tate s3 e a metu calamitatis e defendenda. Na i ceteris
rebus cu uenit calamitas / tu et detrimetuz accipit / at i vec
tigalibz no sollu aduent mali, s3 e metus ipe affert
calamitate / Nam cu hostiu copie no lage ab sut e si
irruptio nulla facta sit / tn pecora relinquuntur agri cul
tura desitur / mercatorz nauigatio cqescit / ita nez ex
portu nz ex decimis nz ex scripta vectigal. cseruari pot

Marginal notes, left:
ponit affectuz i. ciuitatis
Manifestat ciuitates imp[er]atorez deposcere cu[m] trepidatione
Agnominato, i. eo q[uo]d dic[it] quo e cius.
Translato
laudat pomp[eium].
Sitz diffines
Repeto
Gratu
Contento simazuz
denoiato
Circuito
Agnominato
Circuito, psuadet asia defendendaz no solluz a calamitate s3 e a metu calamitatis
Adiuncto
Circuito
Diminuto
Disiuncto
Compat
denoiato e
noiato p imitatez
Repeto

